OBSERVATIONES IN GEORGII PISIDAE CARMINA HISTORICA.

APPENDIX METRICA.

SCRIPSIT

LEO STERNBACH.

CRACOVIAE,
SUMPTIBUS ACADEMIAE LITTERARUM.
APUD BIBLIOPOLAM SOCIETATIS LIBRARIAE POLONICAE.
(SPÓŁKA WYDAWNICZA POLSKA).
1900

Seorsum impressum ex Tomo XXX Dissertationum philologicarum Academiae Litterarum Cracoviensis.

Cracoviae, 1900. — Typis Universitatis Jagellonicae, provisore Josepho Filipowski.

OBSERVATIONES
IN PISIDAE CARMINA HISTORICA.

SCRIPSIT

LEO STERNBACH.

Georgii Pisidae poemata historica: P, Av., H in duobus codicibus supersunt, quorum alter *(V)* a Quercio, alter *(p)* a Bekkero usurpatus est [1]). Qui libri in contentionis iudicium vocati vel ipso habitu externo coniunctionis necessitudinem produnt, siquidem plane eodem ordine poetae opuscula sese excipiunt: Hex., fr. 1. 20 sq. 2—19, H, Van., S, P, Av., R [2]).

Ex V fluxit carminum P, Av., H apographon, quod inter 'Miscellanea monumentorum et scriptorum variorum Graecorum ex codicibus mss. bibliothecae Vaticanae transscriptorum' praebet codex Corsinianus 1104 (chart. in fol. min., s. XVII—XVIII) f. 316ʳ—348ᵛ. Diversum tamen fuisse videtur eorundem carminum exemplar, quod ab Holstenio acceptum a. 1662 Tolosae se habuisse testatur Claudius Maltretus Praef. ad Procop. vol. I p. XV (ed. Bonn.). Maltreti κειμήλιον respexit Ban-

¹) Cf. Stud. p. 2.

²) Ultimi carminis lemma: τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν ἁγίαν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀνάστασιν cum Anastasii encomio confudit Quercius p. XXVI (p. 1183 Migne). — Neque sententiae nostrae de traditionis adfinitate obstat, quod in V Pisidea libello <Hephaestionis> περὶ τῶν μέτρων τῶν στίχων et Prosuchi (cf. Treu, Programm d. kön. Friedrichs-Gymnasiums zu Breslau 1893 p. 35) versibus circumsaepta sunt, cum p et Prosuchum et Hephaestionem Pisidae reliquiis subiungat.

duri, Imper. Orient. vol. II (Par. 1711) p. 868: 'caeterum Georgii Pisidis — historiam Ms. de imperio Heraclii asservari aiunt Tolosae in Bibliotheca RR. Patrum Societatis Jesu', hodie tamen praeter Thucydidis historiam Tolosae nullus codex Graecus extat[1]). Nec magis ipsius Maltreti symbolae innotuerunt ad Pisidae opuscula historica conlatae, quas revera extitisse inde colligi potest, quod viginti quinque annis post Maltreti obitum in nova historiae Byzantinae editione, quae Graevii et Kuesteri auspiciis parabatur, inter alia promissa erant[2]): 'Georgii Pisidae de Heraclio et aliis imperatoribus, cum versione Claudii Maltreti'.

Quodsi solidiora editionis adornandae fundamenta expetuntur, unum adminiculum suppetit M (Paris. Suppl. Gr. 690, membr. in 4°, s. XII), qui f. 59r—64v P I et II exhibet. Is vero codicis est habitus, ut lacunae suspicio propter acroaseos tertiae defectum nulla excitetur, nisi potius H et Av. simul cum S ante f. 32 vel post f. 46 excidisse statuimus. Initium enim Pisidea capiunt f. 32r ab Hex. 143, unde iacturae manifestum est indicium, tum uno tenore, si folium 39 excipitur falso inter Hex. 1102 et 1103 inculcatum, procurrunt usqe ad f. 46v, quam codicis particulam Hex., Suppl. CVII, fr. 20 sq. 1. 18 sq. 2—5, Suppl. CVIII, fr. 6—15[3]), R 3—116b[4]) explent. Alteram vero lacunam post f. 46 hiare inde patet, quod post R 116b sine intermissione f. 47r Geometrae poema de S. Panteleemone inde a v. 278 legitur. Quod detrimentum ex parte sarcit f. 39, quo quidem eiusdem carminis v. 120—277 contineantur[5]), nec tamen foramen tollitur. Sane nihil impedit, quo-

[1]) Cf. Omont, Catalogue des Manuscrits Grecs des départements (Par. 1886) p. 62 sq. Adde Catalogue géneral des manuscrits des bibliothèques publiques des départements vol. VII (Par. 1885) p. XIV: 'le couvent et le collège des Jésuites ont également donné peu de chose; il est probable qu'à Toulouse, comme dans beaucoups d'autres villes la compagnie réussit à soustraire au séquestre, lors de sa dispersion, une partie de ses collections littéraires; un collège aussi florissant que celui de Toulouse devait posséder une belle collection de manuscrits'.

[2]) Cf. 'conditiones, quae offeruntur iis, qui subscriptis nominibus suis se obstringere voluerint ad emendum corpus Historiae Byzantinae graeco-latinum, quod nova et eleganti editione Amstelodami in lucem emittetur, fol. Amstelodami, apud Franciscum Halmam, typographum, 1699' (Bibliothèque de la Compagnie de Jésus, nouvelle édition par Carlos Sommervogel. Bibliographie tome V, Bruxelles — Paris 1894, p. 447).

[3]) Folii 46 fragmentum 12 versus complexum periit, quapropter f. 46v R 64—75 non comparent, f. 46r praeter epigrammatis εἰς τὸν πατριάρχην finem (fr. 16 sq.) et carminis R initium (1 sq.), si praeterea lemmati unius lineae spatium sive versuum par adsignatur, septem versuum lacunam statuendam esse sequitur.

[4]) Scilicet M cum Tp concordat, ubi inter 116 et 117 versus: καὶ πολλὰ πάσχει πολλάκις καὶ τέρπεται insertus est.

[5]) Cf. Dissert. Class. philol. Acad. litter. Cracov. vol. XVI (1892) p. 219 (Joannis Geometrae carmen de S. Panteleemone p. 2).

minus inter f. 46 et 39 unicum folium periisse coniciamus: singulae enim paginae in hac libri parte septuagenis versibus constant, qui in binas columnas distribuuntur; iam vero ex R desunt v. 117—129, ex Geometrae poemate v. 1—119, qui versus unius folii spatium sibi exposcunt, praesertim cum praeterea levis intercapedo inter utriusque poetae fetus in censum veniat[1]. Sed omnino nulla obloquendi ratio adparet, si quis ampliorem hiatum inter f. 46 et 39 adgnoscat. Copiosissimum enim Pisidae corpus ceteroquin M im promptu ponit, quamquam apta membrorum compositio aegre desideratur. Ordinis enim expers est farrago inter f. 32 et 46, nec melior disponendi ratio in altero Pisideorum carminum corpusculo conspicitur, quod Geometrae versus sine intermisione[2] excipit (f. 52ʳ—65ᵛ): Suppl. I II, Van., Suppl III IV, P I II, Suppl. V—XLIX. Accedit quod in eodem codice etiam tertia poetae sylloge (Suppl. L—CVI) f. 116 sq. prodit, quae cum praecedentibus neutiquam cohaeret[3]; nam Suppl. XLIX f. 65ᵛ excipiunt Symeonis Magistri στίχοι παρακλητικοί[4], conlectioni tertiae f. 116ʳ Methodii patriarchae reliquiae subiunguntur[5]. —Utcumque tamen res se habet, tantummodo duae acroases de expeditione Persica in M coniunctim occurrunt, cum in eadem pagina (f. 64ʳ) Suppl. V cum P II conectatur. Quae ratio nullam suspicionis ansam praebet, quoniam continuatio seriesque rerum, ut tertia acroasis ex secunda nexa sit, magis in oculos incurrit quam sermonis perpetuitas post P I cf. enim P II 6 sqq. παλινδρομεῖν δὲ τῶν λόγων ἠπειγμένων | πρὸς τοὺς ἀπ' ἀρχῆς αὖθις ἵπταμαι δρόμους· | οὐ γὰρ παρέσχες ἐγκοπὴν ταῖς ὁλκάσιν post I 224 sqq. οὐδὲ γὰρ θαλαττίας | κίνδυνος ὁρμῆς οὐδὲ τῆς γῆς ἡ ζάλη | τῇ σῇ παρέσχον ἐγκοπὴν[6] προθυμίᾳ, tum P II 373 sqq. καί που καθ' αὐτὸν δυςφορῶν ἐπηύξατο | ὁ βάρ-

---

[1]) Etiam de versuum incremento cogitari potest, quia in eodem Panteleemonis encomio codex Laurentianus Plut. V n. 10 (chart in 4⁰, s. XIV) et Escurialensis Y — II — 6 (chart. in fol., s. XV) inter 65 et 66 verba τινῶν μετ' ἄλλων Χριστιανῶν τὸν τρόπον (τῷ τρόπῳ Laur.), inter 74 et 75 verba τοῦτον φανῆναι (φανεῖναι Esc.) κρειττόνων θεαμάτων suppeditant, quos trimetros in Morelli codice (Paris. 854) frustra quaeras.

[2]) Cf. quae dixi 'Wiener Studien' vol. XIII p. 18.

[3]) Ante f. 116 quaedam intercidisse lemmatis omissio docet; f. 113ᵛ Joannis Commerciarii vita S. Mariae Aegyptiacae terminatur, duo vero folia vacua (114 et 115) bybliopegus interiecit.

[4]) Cf. 'Christophorea' p. 8 sq. ('Eos' vol. V — 1899 — p. 14 sq.). Plura etiam epigrammata in f. 116 sq. repetuntur, quae secundum corpusculum suppeditat cf. 'Wiener Studien' vol. XIV p. 56 sq.

[5]) Cf. 'Methodii patriarchae et Ignatii patriarchae carmina inedita' p. 3 sqq. ('Eos' vol. IV — 1898 — p. 150 sqq.).

[6]) Scripturam ἐκκοπὴν recte correxit L. Dindorfius Thesaur. vol. III p. 454 A; P II 6 ἐγκοπὴν Bekker ex p reposuit, ἐκκοπὴν V (Querc.) et M exhibent.

βαρος νοῦς μὴ πρὸς αὔξησιν τρέχειν, | λήγειν δὲ μᾶλλον τὴν Θεὸν τῆς Περσίδος et III 1 ἔκλειψιν ἔσχεν ἡ Θεὸς τῆς Περσίδος.

Sed detrimentum compensat M, cum plurima supplementa aliunde prorsus incognita adiungit, ex quibus n. II III IV carminum historicorum seriem commodissime augent. Graviorem vero quaestionem codex Ottobonianus 342 (chart. in 4⁰, s. XIV) movet. Nimirum in Hexaëmeri fine f. 194ᵛ notitia litteraria [1]) de Pisidae carminibus occurrit, quae quidem diserte tres Heracliadis acroases memoret: τῆς Ἡρακλειάδος τρεῖς ἀκροάσεις, κατὰ δυσσεβοῦς Σευήρου, κατὰ ὑπερηφάνων, ἔκθεσις τοῦ πολέμου (= Av.), εἰς τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν. Ac primo quidem adspectu de tertio Heracliadis libro amisso coniectura se offert, omnibus tamen in utraque parte calculis positis sententia illa rationibus certis et illustribus refelli potest [2]). Eo enim consilio Heracliadem Pisides composuit, ut imperatoris res gestas ab initio principatus usque ad belli Persici exitum primis lineis designaret [3]), quod consilium duabus acroasibus consecutus est. Primam vero expeditionem tripertito poemate (P) complexus expeditionem secundam et tertiam non Heracliadis appendice, sed carmine peculiari pertexuisse censendus est, cuius extrema lineamenta ex Theophanis circumlocutione et Suidae testimoniis nobis videmur recuperasse [4]).

Aliis praeterea laudibus Heraclium onerasse videtur Pisides [5]), quas tempus edax abolevit. Quod iudicium diserto testimonio poeta confirmat

---

[1]) De codicis defectu cogitari nequit, praesertim cum ipsa indicis ratio nullum coniecturae adminiculum offerat.

[2]) Nihil de codicis Cantabrigiensis 2192 (bomb., s. XV) memoria constat, quo continentur (cf. a catalogue of the Manuscripts preserved in the library of the University of Cambridge, vol. IV — Cantabr. 1861 — p. 63) f. 27—29 τοῦ Πισσίδου Γεωργίου εἰς τὸν μάταιον βίον, f. 29—36 Πισίδοιο Γεωργίοιο σοφίης δέλτος διακόνοιο θεοῖω (sic) μεγίστης ἐκκλησίας Ἑξαήμερος ἠδ' Ἡρακλειὰς ἀπὸ ἰάμβων, cum codicis pars (inde ab Hex. 1420) interciderit. — Ceterum inter Van. et Hex. f. 29 τοῦ κυροῦ Θεοδώρου τοῦ Πτωχοπροδρόμου epigrammata quaedam interiecta sunt, quorum primum (inc. χειμὼν τὸ λυποῦν) etiam ad alios auctores in libris manuscriptis referri 'appendix critica de Joanne Euchaitensi' ('Eos' vol. IV — 1898 — p. 156 sqq.) demonstrat.

[3]) Cf. Stud. p. 151 cl. 163.

[4]) Cf. p. 24 sqq. et 145 sqq. supra.

[5]) Quin etiam in animum induxit, ut imperatoris orationem dogmaticam versibus includeret, attamen ab incepto depulsus est cf. S 719 sqq. ἐβουλόμην δὲ λεπτοσυνθέτους γράφειν | καὶ τοὺς πρὸς αὐτὴν εὐσεβεῖς σου συλλόγους· | ἀλλ' οὐκ ἔνεστι συγγραφὴν ἐπιξέειν, | ὅπου τὸ σόν, κράτιστε, βροντήσει (l. βροντήσῃ) στόμα | τὰς τῶν λογισμῶν ἀστραπὰς ἐπεισάγον. Δέος γὰρ ἡμῖν, μὴ δοκοῦντες συγγράφειν | καὶ πολλὰ τοῖς σοῖς ἡττονηκότες λόγοις | νόθοι φανῶμεν συγγραφεῖς τῶν βιβλίων. Procul dubio metri ratio difficultates haud leves adferebat cf. S 496 sqq.

S 696 sqq. ἀεὶ δὲ ταῖς σαῖς ἐντρυφῶν στρατηγίαις, | πτώσεις τυράννων καὶ τροπὰς ἐναντίων | καὶ τοὺς πολυσχιδεῖς τε καὶ πολυτρόπους | τῶν σῶν ἀγώνων ἐσκιαγράφουν λόγους, fulcit P II 177 sqq. ἐγὼ δὲ καὶ πρόμαντις οὐκ ὤν, δέσποτα, | φθάσας προεξήγγειλα τῷ πρώτῳ λόγῳ, | ὡς οὐδὲν ἠμέλησας, ἀλλὰ καὶ γράφων | τοῖς σοῖς στρατηγοῖς πανταχοῦ τὸ συμφέρον | ἥμαρτες οὐδέν, εἴπερ ἐν δέοντί γε | τὸ σοὶ παραστὰν εὐθέως[1]) συνέδραμεν· | ἔδειξεν ἡμᾶς οὐδαμῶς ἐψευσμένους | ἡ πρακτική σου τῶν φρενῶν εὐβουλία, quandoquidem non prima acroasis de expeditione Persica[2]), sed aliud quoddam poema[3]) nunc deperditum significatur. Sane similia Av. 266 sqq. 288 sqq. 294 sqq. narrantur, attamen illic belli Avarici tempora anno 626 profligati respiciuntur, cum nostro loco tempus hibernum anni 621/622, quo prima expeditio contra Chosroam apparabatur, in censum veniat[4]).

Reliqua de Pisidae opusculis historicis testimonia recentiorum socordiae et falsariorum fraudi debentur. Primo quasi obtutu novi poematis expectationem concitat codex ex Oriente Lutetiam Parisiorum apportatus, de cuius summa haec refert Mynas[5]): 'Manuscrit in 4⁰, bombycinus, du XIIIe siècle, de 38 pages, contenant:

1⁰ Un traitè d' astrologie, per George Pisidès.

2⁰ Voeux du même pour l'empereur Héraclius, qui marchait contre les Persans; ce traité est extrait des prophètes de l'ancien Testament.

3⁰ Sur le mariage d'un fils du magistrat Nicèphore.'

Falsam tamen spem ostendi E. Milleri commentatio docet, cui titulus est: 'poëmes astronomiques de Théodore Prodrome et de Jean Camatère'[6]): etenim codex Paris. Suppl. Gr. 501 innuitur, quo Theodori Prodromi reliquiae continentur, secundum vero carmen lemmate: τοῦ αὐτοῦ τῷ αὐτωκράτωρι (sic) στρατεύοντι καὶ πάλιν κατὰ Περσῶν di-

[1]) Coniecturae εὐθέτως (cf. P I 49, III 30, Av. 440, Hex. 541. 1466) non piget cf. S 108 παλινδρομεῖτε πρὸς τὸν εὔθετον δρόμον cl. P II 207 ἀλλ' ἐξέπεμπες ἐκδρομὰς εὐσυνθέτους.

[2]) Perperam Quercius ad P I 45 sqq. et 126 sqq. provocat, ubi sententiae nostrae nec vola nec vestigium adparet.

[3]) Lacuna P I laborare non est probabile, nescio tamen an πρὸ τοῦ (cf. Bos-Schaefer, Ellips. Gr. p. 340) in codicum memoria πρώτῳ delitescat.

[4]) Ac momentum rei facit, quod similiter apparatus belli Persici post Chosroae cladem H II 136 sqq. enarratur: οὐκ ἦν γὰρ ἔργον πολεμικῶν συνταγμάτων, | ὃ μὴ μετῆλθες τῇ σχολῇ τῶν σκεμμάτων, | τυπῶν, προτάττων, εὐτρεπίζων, προσγράφων. ubi προγράφων reponendum esse ex P II 54 πράττων, μεριμνῶν, εὐτρεπίζων, προγράφων patet.

[5]) Rapport adressé à M. le ministre de l'instruction publique, par M. Mynoïde Mynas (le Moniteur Universel, le 5 janvier 1844 p. 19 n. 40).

[6]) Notices et Extraits des mss. de la bibliothèque nationale vol. XXIII 2 (1872) p. 1 sqq.

stinctum Joannem Comnenum, non Heraclium faustis ominibus prosequitur.

Veterem fabulam[1]) refricat Th. W. Allen, Notes on Greek Manuscripts in Italian libraries (Lond. 1890) p. 55 de bybliothecae Vallicellanae libro B 115 agens: 'bomb., s. XIV. Georgius Pisidius de imperio Constantinopolitanorum etc. At beg. Fulvius Ursinus dono dedit Achilli Statio Lusitano'. Revera in primo folio inscriptio occurrit: 'Γεωργίου Πισυδίας (sic) ἱστορικὸν βιβλίον περὶ τῶν βασιλέων τῆς δυςτυχοῦς Κωνσταντινου‿πόλεως (sic). Georgius Pisidius de gestis imperatorum Constantinopolitanorum sive historia', sed Constantini Manassae synopsin initio destitutam (inc. v. 2737) falsissime homo semidoctus lemmate illo insignivit, in errorem videlicet inductus altero eiusdem codicis carmine, quod Manassae historiam excipit f. 61 —81^{v} Γεωργίου Πισίδου προοίμιον εἰς πατριάρχην Σέργιον περιτῆς ἐξαημέρου.

Historiam vero soluta oratione scriptam sub Pisidae nomine officina fraudum plena cusit. Nimirum perfacilem rationem redarguendi opus praebet usque ad Constantini Porphyrogenneti mortem (959) productum, sed ipsa quaestio tractatu digna videtur, praesertim cum Stud. p. 39 sq. 42. 43. 45 sq. 47 sqq. 57 sq. 98. 139 sq. excerpta quaedam Heraclii imperium inlustrantia luce donata sint. Tunc quidem verborum contextum suppeditavit codex Matritensis Palat. 40, chart. in 4^{0}, vicesimo die mensis Novembris a. 1566 ad Andrea Darmario consummatus, cuius inscriptio haec est f. 371^{r} τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου καὶ Γεωργίου τοῦ Πισσίδους χρονογραφικὸν σύντομον, ὅπερ ὑπὸ διαφόρων ἱστορικῶν συνελέξατο, f. 446^{r} τέλος Πισσίδους καὶ Κυρίλλου τῆς χρονικῆς διηγήσεως. Quodsi lemmatis ratio examinatur, duo insuper eiusdem librarii apographa in contentionis iudicium veniunt: codex Augustanus 243, cui Darmarius die duodevicesimo eiusdem mensis et anni extremam manum imposuit, et Ambrosianus N. 197 sup. incerto tempore[2]) conscriptus. Mira enim scripturae discrepantia comparet: scilicet in Aug. primitus Pisidae nomen omissum erat, siquidem f. 1^{r} verba Γεωργίου τοῦ Πισίδου καὶ Κυρίλλου lemmati: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου χρονογραφικὸν κτλ. librarii cura posterior praemissit, ac similiter f. 77^{v} notae ἕως ὧδε τῆς χρονικῆς διηγήσεως Κυρίλλου supplementum καὶ Πισίδου Γεωργίου postea adiecit Darmarius. Nec magis Ambr. Pisidae auctoritatem adgnoscit, quia pristino lemmati f. 1^{r} τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου, ἀρχιεπισκόπου

[1]) Cf. Quercius p. XXII (p. 1179 sq. Migne), ubi perperam 'B 112' legitur. Illic enim 'Achillis Statii adnotationes variae sacrae et profanae', ipsius auctoris manu conscriptae extant.

[2]) Octavianus Ferrarius, primus libri possessor, a. 1586 obiit cf. Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium I 2 p. 609 sqq.

Ἀλεξανδρείας, χρονογραφικὸν κτλ. postea a Darmario indiculus Γεωργίου τοῦ Πισίδου καὶ Κυρίλλου praefixus est, ita tamen rubro posthac oblitus, ut tantummodo Κυρίλλου remanserit, in exitu autem f. 73ᵛ (ἕως τῆς χρονικῆς διηγήσεως) auctoris mentio omnino abest. — Quibus exemplaribus acrius intenti Cyrilli nomen commune esse cognoscimus, non item Pisidae; Cyrillus vero in Matr. et Aug.[1]) nude nuncupatur, in Ambr. Alexandriae archiepiscopus audit[2]). Ac prima specie archiepiscopus saeculo quinto clarissimus excluditur, aeque ac Pisides Heraclii aequalis[3]), dubitari tamen nequit, quin Darmarius, quem ex fallaciis totum conflatum esse constat, fraudem molitus sit[4]). Cui pulsum externum fortasse Hexaëmeri memoria dederat, inter Pisidam et Cyrillum fluctuans. Certe a. 1566 in Hispania degens libri Escurialensis facile cognitionem consequi poterat, quem ita recenset Nicolai de la Torre index manuscriptus (πίναξ τῶν ἐν τῇ βασιλικῇ βιβλιοθήκῃ βιβλίων: X — I — 16) f. 7ᵛ: *a)* Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας περὶ ζώων καὶ φυτῶν ἰδιότητος, — *b)* Ἰωάννου τοῦ Καναβούτζη περὶ ἀρχαιότητος Τρώων καὶ Ῥωμαίων ἐν τῷ περὶ Αἴνου καὶ Σαμοθράκης, — *c)* Πλάτωνος ὅροι, — *d)* Ἀνδρονίκου περιπατητικοῦ φιλοσόφου περὶ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν, — *e)* αἱ διαγνωσθεῖσαι ἐπαρ-

---

[1]) Ex Aug. codex Vindobonensis Histor. Gr. 124 fluxit, de quo plura profert Kollar Supplem. ad Lambecc. (Vind. 1790) p. 648 sqq. Nec mirum est, quod lemmatum contextus pristinus aeque ac supplementa in unam formam cadunt.

[2]) Cum Ambr. duo libri Matritenses Darmarii aetate posteriores N. XCI (chart. in 4⁰, s. XVII) et N. CXXI (chart. in 4⁰, s XVI fin.) faciunt, de quibus cf. Iriarte Biblioth. Matritens. codd. Gr. Mss. I (1769) p. 364 sqq. et 479 sq. Haec enim in utroque codice inscriptio legitur: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου, ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, χρονογραφικὸν κτλ. et ἕως ὧδε τὰ τῆς χρονικῆς διηγήσεως ἐν συντόμῳ.

[3]) Alii eiusdem nominis viri mihi innotuerunt duo: Georgius episcopus Antiochiae Pisidicae, concilii Nicaeni secundi (a. 787) particeps (cf. Mansi Concil. vol. XIII — 1767 — p. 137 A), cuius memoriam Graecorum fasti die XVIII Aprilis celebrant (cf. Menolog. Basilian. Patr. Gr. vol. CXVII p. 412 CD) et Georgius Pisides, Eginae episcopus, qui saeculo XIV vixit (cf. Villiers Biblioth. Carmelit. vol. II — 1752 — p. 913 n. VII). — Nullius pretii est inscriptio τοῦ μακαριωτάτου Γεωργίου ἐπισκόπου Νικομηδείας τοῦ Πισίδου (p. compend.) λόγος εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον καὶ εἰς τὸ ζωοποιὸν καὶ σωτήριον πάθος in codice Paris. 1207 (chart. in 8⁰, s. XV) f. 199ʳ, qua Georgii Nicomedensis Oratio VIII (Patr. Gr. vol. C p. 1457 sqq.) designatur, quamquam simile lemma Γεωργίου μητροπολίτου Νικομηδείας τοῦ Πισσίδη in codice Chio se repperisse testatur Allatius in Fabricii Biblioth. Gr. vol. XII p. 12; falsissime etiam propter idem opus nostri Pisidae epigrammata in codice Paris. 2831 f. 152ᵛ tradita (fr. 22—30 Querc.) Georgio Pisidae, Nicomediae episcopo, vindicat Harlesius ad Fabric. vol. VIII p. 612 not. h.

[4]) Cf. Th. Preger, Byz. Ztschr. vol. VII — 1898 — p. 129 sqq. — Meam de Darmarii impostura opinionem per colloquium Parisiis a. 1897 cum Krumbachero communicaveram.

χίαι τῆς οἰκουμένης, — *f)* Πορφυρίου περὶ ἀρετῶν. Qui codex incendio anni 1671 conflagratus est, sed coniecturam manuscripti in aliis Byblothecis adservati comprobant, quorum indicem componere operae pretium videtur:

1) **Paris. Gr. 2745** (bomb. in fol., a. 1563 a Zacharia Scordilli scriptus) f. 1r sqq. τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου, πατριάρχου Ἀλεξανδρείας, περὶ ζώων ἰδιότητος καὶ φυτῶν διὰ στίχων ἰαμβικῶν πρὸς τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχην κυρὸν Σέργιον.

2) **n. 2746** (chart. in fol., s. XVI exaratus manu Nicolai de la Torre) f. 2r sqq. τοῦ μεγάλου Κυρίλλου περὶ κτισμάτων καὶ φυτῶν καὶ ζώων ἰδιότητος.

3) **n. 2869** (chart. in 8⁰, a. 1569 manu Antonii Episcopuli descriptus) f. 1r sqq. τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου, πατριάρχου Ἀλεξανδρείας, περὶ ζώων ἰδιότητος καὶ φυτῶν διὰ στίχων (διαστίχων cod.) ἰαμβικῶν πρὸς τὸν τῆς Κωνσταντίνου πόλεως (sic) πατριάρχην κυρὸν Σέργιον [1]).

4) **n. 2780** (chart. in 8⁰, s. XVI ab Angelo Vergetio exaratus) f. 1r sqq. τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας στίχοι ἰαμβικοὶ πάνυ ψυχωφελεῖς τὸ μεγαλεῖον τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ ἐκ τῆς τοῦ παντὸς κτίσεως καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ὄντων, ἀστέρων δηλαδή, στοιχείων, ζώων, φυτῶν τε καὶ λίθων καὶ τῶν ἑξῆς ἐπιδεικνύοντες καὶ πρὸς θεοσέβειαν (προςθεοσέβειαν cod.) εἰςανάγοντες.

5) **n. 2893** (chart. in 8⁰, eiusdem Vergetii manu scriptus) f. 1 sqq. τοῦ ἐν ἁγίοις (ἐναγίοις cod.) πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας στίχοι ἰαμβικοὶ πάνυ ψυχοφελεῖς (sic) τὸ μεγαλεῖον τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ ἐκ τῆς τοῦ παντὸς κτίσεως καὶ τῶν ὄντων ἐν αὐτῇ (ἐναῦ cod.), ἀστέρων δηλαδή, στοιχείων, ζώων, φυτῶν τε καὶ λίθων καὶ τῶν ἑξῆς ἐπιδεικνύοντες καὶ πρὸς θεοσέβειαν εἰςανάγοντες [2]).

6) **Paris. Mazar. 4452** (bomb. in 4⁰, s. XVI ab eodem librario exaratus) = Par. 2893 [3]).

7) **Mutinensis Gr. 167** (chart. in fol., s. XVI) [4]) in lemmate cum Par. 2745 concinens (sine ἰαμβικῶν).

---

[1]) Inter f. 3 et 4 in vacuo folio adscriptum est: Cyrilli Patriarcha (sic) Alexandrini de animalium et plantarum proprietate ad Sergium patriarcham Constantinopolitanum, adeoque falsa inscriptio, ac loco Cyrilli Cyri (sic!) legendum.

[2]) In margine haec adnotantur: ἰστέον, ὅτι ἐν ἄλλοις παλαιοῖς ἀντιγράφοις εὕρομεν τὴν ἐπιγραφὴν τοῦ βιβλίου τούτου ἄλλως ἔχουσα (sic!)· ἔστι δὲ αὕτη· Γεωργίου διακόνου τοῦ Πισίδου στίχοι εἰς τὴν κοσμουργίαν· ἐγὼ δ' οὐκ οἶδα ἢ οὕτως ἔχει τὸ ἀληθὲς ἢ ἐκείνως. Fortasse huc pertinet etiam codex Vossianus Gr. 26, de quo cf. Catalogus librorum tam impressorum quam manuscriptorum Bibliothecae... Lugduno-Batavae (1716) p. 396.

[3]) Sed nota marginalis deest.

[4]) Saeculo XV codicem vindicant Allen, Notes on Greek Manuscripts p. 17 et

8) **Querinianus A VII 28** (chart. in 8⁰, s. XVI a Nicolao de la Torre scriptus) = Par. 2746.

9) **Ottobonianus Gr. 287** (chart. in 8⁰, s. XVI) = Par. 2745.

10) **Vatic. Gr. 1281** (bomb. in 8⁰, s. XVI) eodem lemmate distinctus ac Par. 2869[1]). [Ex Quercii sententia p. XXVI (p. 1183 sq. Migne) 'hic plane est ille codex, cuius epigraphe deceptus Hieronymus Brunellus Hexaëmeron Pisidae edidit Romae anno 1590 sub nomine Cyrilli', attamen Vat. 1281 ex libris Antonii Caraffae in bybliothecam pontificiam pervenit, suum vero fontem diserte Brunellus (cf. Qu. p. XIV = Migne p. 1171 sq.) indicat: 'poema iambicum de plantarum et animalium proprietatibus adiecimus, quod a D. Gonsalvo Ponce de Leons, viro non minus eruditione quam generis nobilitate praestanti, munus acceperam, ipse vero ex Guilelmi Sirleti cardinalis exemplo[2]) describendum curaverat'. Quae cum ita sint, tantummodo duo libri deperditi[3]) in censum veniunt, quos codex Escurialensis X — I — 15 (πίναξ τῶν ἐν τῇ τοῦ καρδινάλεως Σιρλέτου βιβλιοθήκῃ Ἑλληνικῶν βιβλίων τῶν χειρογραφέντων) in Milleri adumbratione franco-gallica p. 320 hoc modo recenset:

299. En papier de coton. Poëme de saint Cyrille sur les propriétés des animaux. — Mélétius, sur la nature de l'homme. — Traité géographique de Nicéphore Blemmyde. — Traité du même, adressé à l'empereur.

300. En papier de coton. Poëme de saint Cyrille sur les propriétés des animaux].

V. Puntoni, Indice de' codici Greci della biblioteca Estense di Modena (Studi italiani di filologia vol. IV — 1896 — p. 490).

[1]) Inepta coniectura de Cyro non extat, sed lemma Γεωργίου Πισίδου a Leone Allatio adiunctum.

[2]) Falso Fabricius vol. VIII p. 614 ex eodem Sirleti codice etiam editionem Morellianam concinnatam esse perhibet. Sirleto Hexaëmeri editionem principem sub Pisidae nomine vulgatam Morellus dedicavit, sed contextum a librario quodam Graeco habuit (cf. epist. ad Sirlet. f. 3ʳ ἔλαβον ἄσμενος παρὰ τοῦ τριποθήτου πατρός μου Φεδερίκου, φιλομαθοῦς, φιλοπόνου καὶ θεοφιλοῦς τῶν μάλιστα, ζῶν καὶ τελευτῶν· αὐτῷ δὲ τοιοῦτο δώρημα φίλος τις Ἕλλην καλλιγράφος ἐχαρίσατο), ac praeterea codicem a Joanne Sanctandreano commodatum (ib. f. 3ʳ et 7ʳ) adhibuit, cuius bybliothecam libris manuscriptis satis commode instructam miro silentio neglexit Alfredus Franklin, les anciennes bybliothèques de Paris (Par. 1867—73).

[3]) Certe neuter codex nunc inter Ottobonianos comparet, quibus plurimos Sirleti libros contineri constat cf. Josephus Cozza-Luzi im Feronis et Battaglinii Catalogo p. XLIII sqq. — Ottobon. 287, cum nota Altaempsiana careat, ex alio fonte repetendus est. Dignosci potest Sirleti n. 110, ex quo praeter alia scripta Miller p. 311 profert: 'Explication d'un passage de l' Écriture, par George Pisidès'. Nimirum Hexaëmeron significatur codicis Ottoboniani Gr. 324, cuius habitum Catalogi incuria (p. 170 sq.) oblitteravit: 'post versus qui incipit (sic!) ἄκουε Πρόκλε legimus Γε-

In universum igitur traditionem de Cyrillo recentiora codicum exempla commendant [1]). Quae quidem ex uno archetypo manasse verisimile est, erroris vero originem lucramur, si Cyrilli opusculis genuinis Pisidae Hexaëmeron continuatum esse ponimus, ubi lemmatis iactura opinionem de Cyrillo auctore eadem ratione offerre potuit, qua Origenis homiliae in Jeremiam ad Cyrillum referuntur [2]). Qua confusionis causa bene cognita suis commodis ita consuluit Darmarius, ut ad fraudis inscriptionem comminiscendam utrumque nomen adhiberet.

Itaque historica Pisidae opera tantummodo carminum cancellis circumscripta sunt, quorum apparatum criticum supra enucleavimus: scilicet praeter Vp in P, Av., H unicum praesidium M praebet, et ipsum angustis terminis (P I et II) definitum. Quodsi novi subsidii pretium aestimatur, temeraria fiducia aeque declinanda est ac suspiciosa diffidentia: lubrica sane est via per praecepta, tutior per exempla, attamen commentationis consilium et spatii ratio eo potius inducunt, ut inprimis statum reditum ager praestet, praesertim cum ipsi codices Vp spicilegii spem faciant. —

P I 1 sq. ὦ τὰς ἀΰλους τῶν ἄνω σ τ ρ α τ ε υ μ ά τ ω ν
Τριὰς διευθύνουσα φωςφόρῳ λόγῳ

M στρατηγίας pro στρατευμάτων praebet, quae lectio corruptelam sanat. Falso enim φύσεις, οὐσίας vel τάξεις suppleri posse Quercius existimat [3]), quod recte sensit corrector apographi Corsiniani φύσεις pro Τριὰς commendans. Nullo autem fulcro τῶν ἄνω eget cf. P III 385, H I 50, R

ωργίου διακόνου τοῦ Πισίδου ἑρμηνεία εἰς τὸ ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε, πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας..., f. 4ʳ abrumpitur codex verbis: τῆς σελήνης λαμπάδα, fol. 5 in prima columna incipit absque titulo: τίς ἐκστρατεύει παμπληθῆ ... In inventario Vaticano legitur: Θεοφυλάκτου Βουλγαρίας στίχοι π' εἰς διαφόρους ὑποθέσεις, fol. 10 εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον καὶ κατὰ ὑπερηφάνων, fol. 12 νουθεσία προς λυπούμενον'. Videlicet Hexaëmeri prooemium (v. 1—80) ita decurtatum est, ut quasi signum quoddam ultimi tres versus (78—80) operi praemittantur. Inchoatur autem Hexaëmeron (sive Expositio in Psalm. CIII 24) v. 81 (ὦ τὴν ἀνεξεύρητον, ἣν ἔχεις, φύσιν), sed inter f. 4 (fin. 242 ὦ τὴν ἀμυδρὰν τῆς σελήνης λαμπάδα) et 5 (inc. 1250 τίς ἐκστρατεύει παμπληθῆ — sic! — τὴν ἀκρίδα) plura interciderunt. Hexaëmeron excipit f. 10ʳ Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν ἀνθρώπινον κτλ. (= Van.), tum f. 12ʳ adnectitur: Θεοφυλάκτου Βουλγαρίας νουθεσία πρὸς λυπούμενον (inc. ἐν συμφοραῖς τὸ μέλλον εἰ σκοπεῖν θέλεις) simul cum aliis poematis, quae quidem ex codice Monacensi Gr. 201 protraxit Georgiades, Ἐκκλησιαστικὴ Ἀλήθεια vol. IV (Constantinop. 1883) p. 141 sqq.

[1]) Cyrilli nomen mentitur praeterea codex Naudaeanus apud Labbeum p. 123.

[2]) Cf. codex Escurialensis Ω — III — 19 apud Millerum p. 484 sq.

[3]) Alia est ratio S 287 sq. 301. 304 sqq. 489 sq. 553 sq., siquidem notiones φύσεις, οὐσίαι, ὑποστάσεις carminis summam efficiunt cf. p. 213 sq. infra. — Vox ἀγρία pro ἀγριότης usurpata Av. 29 ad aliud genus pertinet cf. Lobeck. Paralip. p. 362.

8. 13, Hex. 593. 758. 1789, S 409, Suppl. LXXXII 2, CI 3, CII 6, An. 1693 C.

37 sq. ἐλεύθεροι γάρ εἰσιν ἐκ θωπευμάτων
ἐκ σοῦ μαθόντες μὴ λαλεῖν ὑποκρίσει

in M ὑποκρίσεις legitur, ac pluralem numerum optime θωπευμάτων comprobat. Similiter Hex. 1395 habes: λυττᾷ καθ' ἡμῶν καὶ λαλεῖ πεφυρμένα [1]).

41 sqq. γενοῦ δικαστὴς Κελτικοῦ Ῥήνου πλέον,
γενοῦ δικαστής· ἀλλὰ συγγνώμην δίδου·
οἶμαι γάρ, οὐδὲν ἐξελέγξεις ὡς νόθον,
ἐφ' οἷς δι' ἡμῶν ζημίαν ὑφίστασαι

M 42 post 43 conlocat, unde genuina versuum structura evadit:

γενοῦ δικαστὴς Κελτικοῦ Ῥήνου πλέον·
(οἶμαι γάρ, οὐδὲν ἐξελέγξεις ὡς νόθον)·
γενοῦ δικαστής· ἀλλὰ συγγνώμην δίδου,
ἐφ' οἷς δι' ἡμῶν ζημίαν ὑφίστασαι, —

nec tamen οἶδα (M) pro οἶμαι admitti potest cf. P III 355 sq. οἶμαι δέ, καὐτὸν αἰχμάλωτον ἐν τάχει | ὄψει cl. S 455 sq. ἅπαντα θέλγων τῶν φρενῶν τὰ θηρία· | οἶμαι δέ, καὶ σὲ (scil. θέλξων), unde etiam P III 3 οἶμαι δὲ χαίρειν Περσικῆς βλάβης χάριν equidem οἶμαι δέ, χαίρει reponendum esse puto [2]).

72 διττοῖς μερίζει τῶν λόγων νοήμασι

M aptius πονήμασιν exhibet [3]) cf. Palladas Anth. Pal. IX 166, 5 Ἰλιὰς οὖν τὸ πόνημα μιᾶς χάριν ἐστὶ γυναικός. Similiter voce πόνημα nostri poetae Hexaëmeron designat codex apud Conr. Gesnerum Biblioth. Universal. (Tiguri 1545) f. 271^v, Sisyphi opusculum poeticum Joannes Malalas p. 133, 1 (Dindorf), Ephraemii Syri carmina Theophanes p. 63, 1

---

[1]) Accusativi usum confirmant Chron. Pasch. (Patr. Gr. vol. XCII) p. 1017 C ὁ ὑπεραιρόμενος καὶ λαλήσας ἀδικίαν et Joannes Damascenus Epist. ad Theophil. (ibid. vol. XCV) p. 365 A λαλοῦντα ἀνομίαν.

[2]) Non οἶμαι δ', ἔχαιρεν, sicuti Bekker voluit cf. 5 ἀεὶ γὰρ αὐτοῖς μᾶλλον ἐκλείπειν θέλει. Saepius per parenthesin ita οἶμαι ponitur, ut thesin secundi, tertii pedis arsin occupet cf. P III 424, Av. 298. 374. 451. 495, H II 194, Hex. 994. 1140, Van. 60. 75. 80, S 51. 96. 136. 520, Suppl. I 84, II 13. 109, III 70. — Aliter P III 68 ἡ σὴ καταφρόνησις, ὡς οἶμαι, πλέον | τοὺς βαρβάρους ἔβαλλεν εἰς ἀγωνίαν.

[3]) Malim tamen πονήμασι, siquidem versus sequens a voce πλὴν initium capit. Eodem modo ν ἐφελκυστικὸν citra necessitatem M addit I 111 (ἀπέστρεφεν), 155 (ὁλκάσιν), 183 (ἀνέπτυεν), II 41 (ἀσπίσιν), e contrario littera paragogica ante vocalem deest II 76 (ἴχνεσι) et 182 (συνέδραμε).

(Boor), sua ipsius epigrammata Agathias Scholasticus Anth. Pal. IV 3, 42, vita metrica S. Mariae Aegyptiacae πόνημα Ἰωάννου πρωτοθρόνου (ά θρ' cod.) τοῦ Κομμερκιαρέως adpellatur in M f. 113r, Pselli πόνημα ἰατρικὸν apud Boissonadum Anecd. Gr. vol. I p. 175 sqq. legitur cf. praeterea Anonymus Anth. Pal. VII 12, 5 σὸς δ' ἐπέων, Ἤριννα, καλὸς πόνος,— Asclepiades ib. 11, 1 ὁ γλυκὺς Ἠρίννης οὗτος πόνος, Antipater Thessalonicensis ib. IX 186, 1 βίβλοι Ἀριστοφάνευς, θεῖος πόνος, Strato ib. XII 258, 2 πάντας ἐμοὺς δόξει τοὺς ἐν ἔρωτι πόνους[1]). — Nihil valet, quod νοήματα et 'verba' saepius noster consociat cf. Hex. 9 sq. χειμῶνα γεννᾷ καὶ νοημάτων ζάλην | καὶ συσκιάζει τοῦ λόγου τὸν ἥλιον, 68 τὸ τῶν νοημάτων γὰρ ἐκφράσαι βάθος, S 172 sq. ὄντων τε κοινῶν τῶν νοημάτων ὅλων | πῶς ἐξαμέλγεις, ὡς θέλεις, τὰ ῥήματα cll. 60 sqq. et 153 sq. Adde H I 238 ἕως ὁ σὸς νοῦς καὶ τὸ πηγαῖον στόμα cll. An. p. 1689 A ἢ λόγων πηγὰς ἢ νοῦ θεωρίαν[2]).

114 ἔφασκον, ὡς χρὴ τὸ κράτος βασιλέως

M Hilbergii emendationem ('Wiener Studien' vol. IX p. 211) ἔφασκον, ὡς χρὴ τοῦ βασιλέως τὸ κράτος optime confirmat; quamquam falso cum Vp concinit II 19 τίς γὰρ στρατηγός; βασιλεὺς πρὸ τῶν ὅλων, ubi Hilbergius l. c. ὁ ante βασιλεὺς supplevit. Sed II 99 οὗτος δὲ κοινὸς βασιλεὺς καὶ δεσπότης voculam καὶ inter κοινὸς et βασιλεὺς in M additam sciolus quidam perperam erasit, unde Hilbergii ratio etiam III 456 comprobatur: φύλαττε, Χριστέ, τοῦ βασιλέως τοὺς κλάδους pro φ. Χ. τοὺς β. κ. corrigentis cf. S 311 ἐκ τῆς βασιλικῆς τοῦτο κλέψας οἰκίας, Suppl. II 65 πρὸ τῶν βασιλέων[3]) εὐσεβὴς αὐτοκράτωρ, — P I 17 σῷ γὰρ πεποιθὼς ὁ βασιλεὺς

[1]) Orbicii liber Tacticorum πόνημα nuncupatur in lemmate ad Anth. Pal. IX 210, historiam suam πόνημα vocat Theophanes p. 4, 20, commentarios in Homerum Eustathius Thessalonicensis p. 2, 40 cf. insuper codex Vatic. Gr. 2210 f. 163 (Schoene Append. ad Euseb. Chron. vol. I—1875 — p. 63) χρονογραφεῖον σύντομον ἐκ τῶν Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου πονημάτων, f. 184 (ibid. p. 97) χρονογραφεῖον συστὰν ἐκ τῶν πονημάτων τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου. — Opusculi notionem vox πονημάτιον habet apud Didymum Alexandrinum de Trin. II 8 (Patr. Gr. vol. XXXIX p. 608 C), Epiphanium Haeres. LXXVI (ib. vol. XLII p. 548 B), Athanasium vol. II p. 166, Photium Bibl. p. 99, 18 (Bekker); adde Theoph. p. 52, 28 καὶ τὸν Μισοπώγωνα λόγον Ἀντιοχικὸν πρὸς ἄμυναν δῆθεν ἐπόνεσεν, Theodosium Diaconum p. 261 (Bonn) ταῦτά μοι, ὦ μαγίστρων ἥλιε καὶ Ῥώμης ἐκδικητά, πεπόνηται et p. 263 (in poematis titulo) ἅλωσις Κρήτης πονηθεῖσα παρὰ (sic distincte praebet codex unicus, Paris. Suppl. Gr. 352, non περὶ) Θεοδοσίου, Michaelem Glycam Epist. XVI (Patr. Gr. vol. CLVIII p. 900 B) τὰ τοῖς διαληφθεῖσιν ἀνδράσιν ἐπ' αὐτῷ τούτῳ πονηθέντα συντάγματα καὶ εὕρομεν πρὸ πολλοῦ καὶ ἀνέγνωμεν.

[2]) Versus ἀεὶ γὰρ ἡμᾶς τοῖς νοήμασιν τρέφεις | καὶ ψυχαγωγεῖς ἀσθενοῦντας τοὺς λόγους (Hex. 22 sq.) ex interpolatione fluxerunt.

[3]) Cf. Stud. p. 26 n. 3.

προστάγματι, III 94 φεῦ τῆς ἀνάγκης! ὁ βασιλεὺς καὶ δεσπότης, Hex. 452 βαφαῖς ἐρυθραῖς βασιλικῶς ὑπογράφει[1]), Suppl. II 3 ἐκ Περσίδος γὰρ ὁ βασιλεὺς ἀφιγμένος, 27 ὁ σταυρὸς ἦλθε βασιλικῶς δεδεγμένος, — Suppl. II 30 μέγα τρόπαιον τῷ βασιλεῖ συναρμόσας, 43 νῦν τῆς καθ' ἡμᾶς, ὦ βασιλεῦ, μυσταρχίας.

116 sq. ἄλλοι δὲ πάλιν, ὥσπερ ἐκ τοὐναντίου,
ἀντεστρατήγουν δυσμαχοῦντες ἐν λόγοις

mendum, cui coniectura δ' ἀνάπαλιν succurrebat Hilbergius l. c., M commodissime voce τούτοις removet, Hilbergii vero correctionem σύγκρασιν ratam facit v. 120 τινὲς δὲ καὶ σύγκρισιν ἐξ ἀμφοῖν μίαν.

Nec dubitandum, quin 168 sq.

μή τις πάρεργος τοῦ λόγου τὸν ἱππέα
σπεύσῃ κατασχεῖν ταῖς ἀφώνοις ἡνίαις

genuinam poetae memoriam lectiones παρέργως[2]) et σπεύσοι[3]) reddant. Perverse autem loci sententiam interpretatus est Quercius, quasi πάρεργος τοῦ λόγου pro ὁ πάρεργος λόγος (sermo perfunctorius; cf. Plato Tim. p. 38 D) dici posset. Omnino τοῦ λόγου ad ἱππέα pertinet: scilicet poeta ipse eques est, qui sermone ut equo vehitur[4]), quam metaphoram simile Pisidae exemplum Suppl. XIV 1 πράξει κατάγχων τῶν παθῶν τοὺς ἱππέας inlustrat, ubi cupiditates cum equis comparantur[5]). Id vero agit Pisides, ut sermonis velocitatem (cf. 167 δραμεῖν δρόμον) designet cf. Suppl. III 24 sq. ἵππος δέ σοι πάρεστιν ὀξέως τρέχων | ὁ σὸς λογισμὸς πανταχοῦ κινούμενος[6]).

---

[1]) Pedem solutum prave scripturae ἐγγράφει (Vp_1) et δὲ γράφει (N_1) tollunt.

[2]) Cf. An. p. 1692 C. Similiter ἐν παρέργῳ noster dixit H II 163.

[3]) Consentit p_2. Plane eadem est ratio Hex. 1268 καὶ μή τις ἡμᾶς κομπορήμων φαυ-
οι
λίσοι, ubi φαυλίσῃ p offert, φαυλίσοι MTN, quapropter Hercheri lectio φαυλίσῃ ex B (= V) recepta recienda est cf. An. p. 1701 B μὴ δίψῃ, 1704 B (1705 B, 1709 C, 1712 A) μὴ — γένοιτο cl. H II 31 μηδὲ — λάβοις. Per se tamen coniunctivus aoristi nihil offendit cf. S 402. 529, Suppl. I 116 cll. H I 66 (post μηδαμῶς), Hex. 78 (μηδὲ). 74. 1177, Suppl. XLVI 8 (μηδὲν), tum S 555 καὶ μὴ θολώσεις τὰς καλῶς ἡνωμένας, quo loco θολώσῃς clare V exhibet.

[4]) Itaque longe alia est ratio apud Aristophanem Ran. 821 ῥήματα ἱπποβάμονα, ubi ipsa verba equo insidere poeta fingit cf. insuper 929 ῥήμαθ' ἱππόκρημνα.

[5]) Cf. Stallbaum ad Platon. Phaedr. p. 246 A; adde Hex. 846 sqq. ἢ τὸν πυραυγῆ δίφρον ἢ τοὺς ἐμφλόγους | ἵππους ἐλαύνων οὐρανῶν ὁδὸν δράμοι, | ἱππεὺς δὲ δειχθῇ τῷ βίῳ μετάρσιος.

[6]) Magis accedit Philes vol. II p. 293 v. 2 ὥς τις γὰρ ἵππος ὁ δρομεὺς οὗτος λόγος. Nec differt Pisides S 442 sqq. ἐνταῦθα καίπερ θερμὸν ὄντα τὸν λόγον | καὶ σκιρτιῶντα καὶ δραμεῖν κεχηνότα | εἴρξω κρατήσας τῶν ἐνάρθρων ἀσμάτων, modo ἁμμάτων pro ἀσμάτων reponatur cf. Philes vol. I p. 93 v. 43 sqq. ἀλλ' ἀνείργω τὸν λόγον, | ὡς εἴ τις ἱππεὺς ἀλτικὸν πῶ-

179 ἐκ κυμάτων δὲ δυστυχῶς ὠθουμένη

convenientior est codicis M lectio γάρ, ac Pisidae usum praeterea ἀντικρουσμάτων exprimit 185 ἐκ τῶν βιαίων ὥσπερ ἀντικρουμάτων cf. P II 140 ὤθουν βιαίοις πανταχοῦ συγκρούσμασι[1]).

Orationis contextus πάντων commendat 212 sqq.

ὑμῖν δὲ πᾶν τὸ πραχθὲν ἐσπουδάζετο,
ὅπως ὁ πρῶτος μισθὸς εἰς τὴν αἰτίαν
καὶ τὴν ἀφορμὴν συνδράμοι τοῦ πράγματος

cf. 208 sqq., poetae consuetudo formam παρέσχεν vindicat 224 sq.

οὐδὲ γὰρ θαλαττίας
κίνδυνος ὁρμῆς οὐδὲ τῆς γῆς ἡ ζάλη
τῇ σῇ παρέσχον ἐγκοπὴν[2]) προθυμίᾳ

cf. Hex. 547 sq. ἃς οὔτε χειμὼν οὔτε καύματος ζέσις | εἴργει τυποῦσθαι πρὸς τὸ σοὶ δεδογμένον cl. Av. 257 sq. οὐδ' ἀντανεῖλεν αὐτὸν ἔμφυτος βία | τέκνων τοσούτων οὐδὲ σώματος μάχη. Adde P I 172 sq. καὶ νὺξ ἀφεγγὴς καὶ βράσαντα κύματα | διπλῆν ἀνάγκην τῆς ζάλης εἰργάζετο, II 40 sq. σοὶ καὶ τράπεζα καὶ τροφὴ καὶ πώματα[3]) | τόξοις παρεσκεύαστο καὶ ταῖς ἀσπίσι, 88 sq. ἐμοὶ μὲν ὑμᾶς ὡς ἀδελφοὺς ἡ σχέσις | καὶ τῆς βασιλείας ὁ τρόπος συνήρμοσεν, Av. 464 sq. πολλὴ δὲ φύρσις καὶ φόβος καὶ σύγχυσις | τοῖς ναυμαχοῦσι βαρβάροις συνήρχετο, H I 49 sqq., ἀλλ' οὐρανός, γῆ, πῦρ, ὕδωρ, ἀήρ, νέφη | καὶ πᾶς ὁ κόσμος τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω | κροτεῖ σὺν ἡμῖν τοῦ Θεοῦ τὰ σκάμματα, 128 sq. εἰ μὴ τὸ σὸν φρόνημα καὶ τὸ σὸν κράτος | ἤγειρεν αὐτούς, 202 sq. τὸ σὸν γὰρ ἆθλον πᾶσα χώρα καὶ πόλις | ἔμπρακτον οἶδε τοῦ βίου γενέθλιον, 238 sq. ἕως ὁ σὸς νοῦς καὶ τὸ πηγαῖον στόμα | λύσῃ τὰ πολλὰ τῶν λόγων ἐμφράγματα, Hex. 1374 sqq. πῶς οὖν μελίκρατόν τε καὶ πῦρ καὶ ξίφος | καὶ μὴν ὀπὸς καὶ ῥίζα καὶ χοῦς καὶ δρόσος |

λον στρέφοι | τιθεὶς ἀγαθὸν τοῖς ῥυτῆρσι τὸν δρόμον et de vocis ἅμμα usu Vergilius Aen. II 236 stuppea *vincula* collo (scil. equi) intendunt et Ausonius Mos. 42 intendunt collo mulorum *vincula* nautae. De epitheto ἐνάρθρων cf. Vergil. Georg. III 184 ferre rotam et stabulo *frenos* audire *sonantis* cum Schneideri nota ad Varron. de re rust. II 7, 12 (Scr. rei rust. vol. I 2 p. 463 sq.); quamquam Pisides ad orationem adludere putandus est similiter ac nostro loco silentium verbis ταῖς ἀφώνοις ἡνίαις significatur.

[1]) Adde Wyttenbach. ad Plutarchi Mor. p. 137 B et Lobeckium ad Sophocl. Ai. 704.

[2]) Cf. p. 201 n. 6 supra.

[3]) Hilbergii emendationem pro καὶ πόματα καὶ τροφὴ ('Wiener Studien' vol. IX p. 212) fulcit M; ipsa vero forma πόμα nihil dubii adfert, quapropter relinquenda est An. p. 1693 D cf. Lobeck. Paralip. p. 425 sq. et 444 sqq.

εἴργει τὸ ῥεῦμα καὶ τὸ δέρμα συλλέγει cl. Suppl. II 44 sqq. καὶ μακαρίζει τὴν χάριν | τὴν σοὶ δοθεῖσαν πᾶσα χώρα καὶ πόλις | καὶ πᾶς ὁ κόσμος ἐκ μιᾶς συμφωνίας et Av. 119 καὶ τῷ μὲν εὐτρέπιστο τόξα καὶ μάχη [1]).

II 30 ἕρπουσα δάκνει καὶ δαπανᾷ τὴν φύσιν

vitium metricum, quod Hilbergius (vol. IX p. 211) forma δαπανᾶται sublaturus erat, codicis scriptura οὐσίαν sanat. Quae medela etiam S 626 πλήρεις φυλάττων ἑκατέρας τὰς φύσεις videtur adhibenda esse, ubi αὐτοῦ pro τὰς temptabat Hilbergius (ibid. p. 218). Sane in praecedentibus (624 sq.) Θεὸς γὰρ ὢν τέλειος ἀνθρώπου φύσιν | ἀσυγχύτως μέν, πλὴν ἀμειώτως ἔχει vox φύσις occurrit, sed nostra potius ratio inde comprobatur, cum saepius in S φύσις et οὐσία consocientur cf. 137 sq. γεωμετρεῖν δοκοῦσι τὴν θείαν φύσιν, | ἰσχνοῖς λογισμοῖς τὴν ὑπὲρ νοῦν οὐσίαν, 232 sq. πέτῃ δὲ πολλὰ τῇ πτερωτῇ σου φύσει, | φθάσαι νομίζων τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν, 293 sq. τῇ συνθέσει γὰρ εἰ μένουσιν αἱ φύσεις, | ἐν ταῖς ἑαυτῶν οὐσίαις σεσωσμέναι, 396 sqq. οὐκ οἶδε κεκραγός τε καὶ πεπεισμένον, | ἄφθαρτον εἶναι τὴν ἀνωτάτω φύσιν, | ὡς μήτε φυρμὸν μήτε σύγχυσιν πάθους | εἰς τὴν ἄχραντον ἐμβατεύειν οὐσίαν, 492 sq. οὐ γὰρ μεθῆκε τὴν ἐν ἀνθρώπῳ φύσιν, | ὡς οὐ μεθῆκε τοῦ πατρὸς τὴν οὐσίαν, 661 sq. <τὴν> ἰδιότητα <τῶν> [2]) φύσεων ἀσυγχύτως | ἐκ τῶν ἀμίκτων οὐσιῶν ἡνωμένην [3]). Neque aliter statuendum de Hex. 377 sq. οὐ τὴν ἄτρεπτον ἐννοήσας οὐσίαν | δούλην νομίζει τὴν ἀείτρεπτον κτίσιν, ubi φύσιν MVp$_1$ BN$_1$ et Morelli margo praebent [4]) cf. P II 304 sqq. μῖξαι θέλοντα τὰς διεστώσας φύσεις | ..... ὃς ταῖς ἀτάκτοις μεταβολαῖς τὰς οὐσίας | τρέπειν νομίζων συγχύσεις εἰργάζετο, Av. 519 sqq. ὅπως ὁ πάσης ἀρχιτέκτων οὐσίας, | ..... ὁ παιδαγωγῶν συμφερόντως τὴν φύσιν, R 47 sqq. εἰσπράττεται δὲ τὴν

---

[1]) Contrariae rationis exempla sunt P II 139 sq. ξίφος μὲν ἀσπὶς καὶ ξίφη τὰς ἀσπίδας | ὤθουν, Av. 363 sq. κοινὸν γὰρ εἶχον πένθος ἐξ ἑνὸς τρόπου | τὸ Περσικόν τε καὶ τὸ βάρβαρον γένος, Hex. 1542 καὶ τέφρα καὶ χοῦς ὠφελοῦσι καὶ τρίχες.

[2]) Supplementa Hilbergio debentur ibid. p. 219.

[3]) Tantum igitur abest, ut S 659 φύσεις ἑκατέρας, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τὰς δύο obstet, ut corruptelae ansa adgnosci possit. Eodem enim sensu promiscue et οὐσία et φύσις usurpantur cf. praeter locos supra excitatos (οὐσία) S 181. 241. 392. 402. 413. 414. 428. 475 et (φύσις) 10. 17. 19. 44. 114. 144. 150. 160. 161. 162. 168. 230. 247. 261. 270. 274. 312. 417. 426. 495. 527. 530. 541. 554. 566. 569. 597. 600. 623. 637. 646. 657. 704.

[4]) Κτίσιν ipse Pisides videtur commendare Hex. 349 κοινὴν δὲ δούλην πᾶσαν εἶναί σου κτίσιν et 382 οὐκ οἶδε δούλην τὴν κλονουμένην κτίσιν (cf. insuper 354. 359. 401. 412), sed eodem modo sibi invicem respondent H I 26 πάλιν παροινεῖ καὶ μεταίρει τὴν κτίσιν et Hex. 774 ἢ πῶς τυραννεῖ καὶ μεταίρει τὴν φύσιν cl. Van. 113 κλέπτει δὲ τὸν νοῦν καὶ μεταίρει τὴν φύσιν.

ἁπάντων οὐσίαν | .... φθείρων, ὑφέλκων, πορνοβοσκῶν τὴν φύσιν, Hex. 598 sqq. καὶ φῶς μὲν οἰκῶν, τοῖς δὲ τὴν σὴν οὐσίαν | ζητοῦσι πολλὴν ἀντιπέμπων ἑσπέραν, | ὡς συγκαλύπτων οὐ μόνον τὴν σὴν φύσιν [1]).

136 ἔσφιγξαν αὐτῶν ἀσφαλῶς τὰ πράγματα

codicis M memoriam τάγματα Theophanes p. 304, 6 confirmat cf. Stud. p. 9 [2]), ubi praeterea αὐτῶν corrigendum esse monui.

152 ὁ νοῦς ἐναύλῳ τῷ λόγῳ κλονούμενος

optime φόβῳ M offert cf. Av. 167 ἀλλ' ἐξ ἐναύλου τοῦ φόβου συστέλλομαι cl. P III 285 τοὺς βαρβάρους δὲ πάντας ἐκλόνει φόβος. Adluditur ad P II 143 καὶ πάντα φρικτὰ καὶ φόβος καὶ σύγχυσις cl. 125 sq. ὅμως δὲ φρικτὴν τῶν ἀγώνων ὁ τρόπος | καὶ τὴν δόκησιν εἰσάγων προσήρχετο.

153 sq. ἀλλ' ὥσπερ εἰς ἄμπωτιν ἔκ τινος βίας
πρόσω τὸ ῥεῦμα συντόμως ὠθούμενον

rectissime M συντόνως suppeditat; nihil enim apodosis valet 155 sqq. οὕτως ἐκεῖνα τοῦ στρατοῦ τὰ κύματα | τῷ σῷ λόγῳ τρέχοντι συγκινούμενα | ἢ πρὸς τὸ σὸν πρόσωπον ἢ τοὐναντίον | ἀντιπροσώπῳ τῷ τάχει μετήρχετο cf. III 339 sq. πάλιν πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν σου συντόνως | τοσαῦτα πράξας καὶ κατορθώσας τρέχεις, S 371 πάλιν διώξει συντονωτέρᾳ τρέχει cl. P I 171 παλινδρομοῦντα συντόνως τὰ ῥεύματα, ubi ex libidine, non ex V συντόμως edidit Quercius. Accedat I 201 τὸ πλῆθος εἰς ἓν εὐτόνως συνέτρεχεν cl. 156 τὸν ὑγρὸν ἐξέτεμνες εὐτόνως πόρον.

191 sqq. ὡς οὖν σοφιστὴς τοῖς ἰατρικοῖς λόγοις
πεῖραν συνάψας οὐκ ἀφῆκε τὴν νόσον
κρυπτῶς ὑποσμύχουσαν εἰς βάθος βλάβης,
ἀλλ' εὐθὺς ἐξέκοψεν ἢ ξίφει τεμὼν

---

[1]) Sequitur versus ἐν συστολῇ δὲ δεικνύων καὶ τὴν κτίσιν. Nimirum Pisides etiam voces φύσις et κτίσις coniungere amat cf. P III 392 sq. καὶ πᾶσα δούλη τῶν ὁρωμένων φύσις | καὶ τῶν ὑπὲρ νοῦν πᾶσα σύνδουλος κτίσις, Hex. 165 sq. πλὴν μὴ φλογίζων τῇ πυρώσει τὴν κτίσιν, | ἀλλ', ὡς δοκεῖ σοι, πᾶσαν ἁρμόζων φύσιν. Per se igitur vox οὐσία cum κτίσις coniuncta nullam difficultatem parat cf. Hex. 602 sqq. ὅπως, ἐάν τις ἐξερευνῆσαι λόγῳ | τὴν σὴν ἀνεξεύρητον οὐσίαν θέλῃ, | πρῶτον λάβοι κάλυμμα τὴν στυγνὴν κτίσιν, S 475 sq. τὸν ἐξ ἀμίκτων οὐσιῶν καὶ τὴν κτίσιν | τὸ πρῶτον ἁρμόσαντα cl. Hex. 1427 οὕτως ὁ τὴν ἔνσαρκον οὐσίαν κτίσας. Adde H II 218 sqq.

[2]) Contrario modo πρακτικαῖς in τακτικαῖς abiisse Av. 319 ὅπλοις λογισμῶν, τακτικαῖς ἀγρυπνίαις ex 137 χαῖρε στρατηγὲ πρακτικῆς ἀγρυπνίας (cll. P II 184 et S 73) colligas, sed memoriae traditae suffragari videntur P II 39 τρίβους δὲ τὰς σὰς τακτικὴν εὐτεχνίαν et 362 ταῖς τακτικαῖς σου προσβαλὼν εὐτεχνίαις.

ἢ καυστικῶς ἔφλεξεν ἢ καθαρσίῳ
τὰς ἔνδον αὐτῆς ἐκκαθαίρων αἰτίας,
οὕτω τὸ σῶμα τοῦ στρατεύματος τότε
εὑρὼν κακωθὲν ἐκ φιλοβλαβοῦς νόσου
ἐπέσχες αὐτοὺς ἐκ κακῆς ἀπληστίας,
λόγῳ καθάρας τὰς ὀρέξεις τῆς βλάβης

codex noster orationis contextum, qui inter 196 et 197 misere turbatur, unius versus supplemento ἐλευθεροῖ τὸ σῶμα δυσκόλου πάθους aptissime reficit, unde et participium ἐκκαθαίρων v. 196 suspicione expeditur et metaphora τὸ σῶμα τοῦ στρατεύματος v. 197 iustum sensum accipit. Recte etiam v. 199 M τῆς pro ἐκ offert (cf. Stud. p. 12 n. 3), quae scriptura ex 198 se insinuavit, sed praeterea duo menda v. 193 et 194 resident, quae coniecturis βλάβην (pro βλάβης)[1] et ἐξέκοψε τῷ (pro ἐξέκοψεν ἢ)[2] commode tolluntur.

218 τὸ Σαρακηνῶν τάγμα τῶν πολυτρίχων

metro vacillanti succurrit τῶν post τὸ in M oblatum[3]) cf. Anth. Pal. IX 210, 8 καὶ Πέρσας ὀλέσεις καὶ κινομόρους Σᾰρᾰκηνούς. Similiter ᾰ offerunt peregrina nomina Ἀβειρὼν (S 667), Ἀβεσσᾱλὼμ (Suppl. I 119), Ἀρτᾱσὴρ (H II 173), Βαλτᾱσαρ (H I 31), Δᾰράρτασις (H II 167), Ζᾰχᾰρίας (Suppl. LXV 3 et LXXIX 3), Ἰορδᾱνης (Suppl. XXXI 1), Ἰσρᾱηλῖται (Suppl. II 25), Λάζᾰρος (S 633, Suppl. II 108, C 1)[4], ac praeterea P I 136 καταστρατηγεῖς <τοῦ> Φαραὼ τοῦ δευτέρου Hilbergii supplementum (vol. IX p. 211) ratum facit Av. 495 ἔδει γάρ, οἶμαι, τὸν Φαραὼ τὸν δεύτερον, etsi An. p. 1680 A habes ὁ τοίνυν Μωσῆς ὁ ἡμέτερος, ὁ θαλάσσῃ καλύψας Φαραὼ τὸν νεώτερον[5]) cf. R 60 δείξας ἐκεῖνο τὸ ξύλον τὸ δεύτερον. Quae cum ita sint, equidem nullus dubito,

---

[1]) Appositionis ratio ex 198 φιλοβλαβοῦς νόσου et 200 τὰς ὀρέξεις τῆς βλάβης evincitur cf. insuper Av. 347 ὁ τῶν Σκυθῶν τύραννος, ἡ πρώτη βλάβη et H I 75 καθεῖλεν ὕδραν, μυριαύχενον βλάβην, tum Suppl. III 59 sq. ἀφ' οὗ γὰρ ἡμᾶς τῆς τυραννικῆς βλάβης | ἐλευθερώσας ἐκ Θεοῦ δούλους ἔχεις, ubi Phocas designatur. — Εἰς βάθος pro ἐν βάθει (P II 13, Hex. 559, Suppl. I 25, LXXX 2) dictum est, quod pro εἰς βάθος (P I 90) vice inversa usurpatur P III 221, Hex. 538, Van. 153. Ceterum cf. An. p. 1709 D τῆς ἐπιφανείας τῶν ῥημάτων ἡ εὔχροια φοβερὸν ἔχει κατὰ βάθους τὸ νόσημα.

[2]) Cf. Suppl. IV 105 πῇ μὲν φλογίζων, πῇ δὲ τέμνων τῷ ξίφει.

[3]) Cf. Stud. p. 13 n. 2, ubi etiam codicis p scripturam Σαρακηνῶν reposui.

[4]) Sed ex communi usu syllaba longa occurrit in Λαβὶδ (P II 113, Hex. 53. 91, Suppl. I 117) et Σεραφὶμ (Hex. 177).

[5]) Adde p. 1684 D αἱρεῖ τὴν Ἱερουσαλὴμ Ναβουχοδονόσορ (sic exhibent codd., non Ναβουχοδονόσωρ, quemadmodum Quercius praebet) ὁ νεώτερος cl. Suppl. LXXIX 3 ὁ Ζαχαρίου παῖς, Ἠλίας ὁ δεύτερος.

quin eadem ratione etiam H I 16 δροσίζεται φλὸξ Δανιὴλ τῷ δευτέρῳ articulus τῷ ante Δανιὴλ supplendus sit; tum Hex. 625 εἰς <τὰς> διατάξεις ἀσχοληθῇ τὰς νέας ex M articulus prior[1]) recipiendus est, de quo ante Muellerum (ad Ignat. p. 8 n. 7) et Hilbergium (o. c. VIII p. 302) iam Morellus cogitaverat. Quae quidem adiectivi collocatio poetae nostro in deliciis est cf. P I 104 ἡ νὺξ μὲν ἡ μέλαινα τῶν ἐναντίων, 140 μορφὴν ἐκείνην τῆς γραφῆς τῆς ἀγράφου, 208 τμηθέντας οὐδὲν τὴν φύσιν τὴν ἄῤῥενα, II 96 ἢ ταῖς ἀνάγκαις ταῖς ἀνεγκλήτοις ἀεί, 107 οἳ τὰς τραπέζας τὰς ἀμίκτους αἱμάτων, 223 καὶ τοῖς ποσίν σου τοῖς πανημέροις τάχος, 319 τὴν λύτταν αὐτοῦ τὴν ἀνάττουσαν[2]) σβέσει, III 67 τῇ γὰρ δοκήσει τῇ παρημελημένῃ, 259 πρὸς τὰς ἐπάλξεις τῶν φαράγγων τὰς νόθους, 438 ἐχθρῶν σεβόντων τοὺς θεοὺς τοὺς προσφάτους, Av. 142 τῶν πυρπολούντων τὸ θράσος τὸ βάρβαρον, 215 τοὺς γηγενεῖς πλάττουσι τοὺς ψευδοσπόρους, 332 θήγειν καθ' ἡμῶν τὸ ξίφος τὸ βάρβαρον, 367 πρὸς τὴν κρίσιν συνῆλθε τὴν θεόγραφον, 373 τὸ φρικτὸν εἶδος τῆς γραφῆς τῆς ἀγράφου, 395 ἐκ τῆς ὁμίχλης τῆς ξένης ἐκρύπτετο[3]), H I 72 τὴν λύτταν ἦγξε τοῦ κυνὸς τοῦ παμφάγου, 74 ἀνεῖλε τὸν δράκοντα τὸν μιαιφόνον, 77 ἔπνιξε τὸν λέοντα τὸν κοσμοφθόρον, R 109 sq. τοὺς τοῦ δράκοντος θηριώδεις αὐχένας | τοὺς πολλάκις φυέντας, Hex. 135 στολίζεται δὲ τὸν χιτῶνα τὸν μέγαν, 1034 φύει τὰ τέκνα τῇ κυήσει τῇ ξένῃ, 1225 ὅπως πυρωθεὶς ταῖς βολαῖς ταῖς ἐμφλόγοις, 1431 ἀλλ' ἐκβαλὼν τὸν σφῆνα τὸν ψυχοκράτην[4]), 1538 καὶ τῶν βάτων δὲ τῶν ἀκάρπων οἱ κλάδοι, 1794 τὸ τῆς χαρᾶς ὄχημα τῆς αἰωνίου, 1881 ἀλλ' ὦ φονευτὰ τῶν παθῶν τῶν βαρβάρων[5]), Van. 54 ὁ χοῦς ὁ θείᾳ πνευματω-

---

[1]) Ante eandem vocem τὰς excidit H II 120 πάσας ἀνέγνως <τὰς> διατάξεις τῶν νόμων, ubi verum vidit Hilbergius vol. IX p. 215.

[2]) Cf. p. 172 supra.

[3]) Av. 313 ἔδοξε τοῖς ἄρχουσι τοῖς ὑπηκόοις Quercii explanatione abiecta comma post ἄρχουσι adiciendum est cf. An. p. 1716 B ἔσπευδέ τε πᾶς καὶ ἰδιώτης καὶ ἄρχων.

[4]) Vocem ψυχοκράτης ex nostro loco effinxit Thesaurus vol. VIII p. 1953 D cf. Theodorus Prodromus in Boissonadi Anecd. Nov. p. 386 (v. 388) τὸν καρδιοῦχον καὶ γλυκὺν ψυχοκράτην, tum ναυκράτης Hex. 1009, Περσοκράτης H I 13, et fortasse πλουτοκράτης (Miller ad Phil. vol. II p. 32 n. 1) Hex. 477 καὶ ψυχοκερδὴς γίνεται πλουτοπράτης, ubi extrema vox in mendo cubat, quod margo Morelli παντοπράτης neutiquam tollit. Contrariae rationis exempla sunt παγκρατής Hex. 1076 et φρενοκρατής Suppl. IV 36.

[5]) De Hex. 1150 τὸ πιστὸν ἔξει τῆς γονῆς τῆς ἀσπόρου cf. Stud. p. 134 n. 5,— de 1343 βοὸς δὲ τὴν μέλισσαν τὴν φιλεργάτιν cf. p. 121 n. 6; — versus 1684 ἐνθεὶς δὲ ταῦτα τῇ τέχνῃ τῇ ἀρρήτῳ recte in MVTpN deest, aeque ac truncus σὺν τοῖς δὲ.... ἅμα (1681), — non recte tamen 1681—1684 Pisidae abiudicat Hilbergius Byz. Zeitschr. vol. VII p. 339, cuius scrupulos de v. 1682 ἀόριστος, ὑπερσυντελικός, ἐγκλίσεις νέμων optime scriptura ὑπερσυντέλικος in MTpN tradita evellit.

θεὶς εἰκόνι, S 109 τεκμήριον γὰρ τῆς ὁδοῦ τῆς εὐθέτου, 182 οὐ γάρ τι δείξεις ταῖς γραφαῖς ταῖς ἐγκρίτοις, 198 λέγει πεπεῖσθαι ταῖς γραφαῖς ταῖς ἐγκρίτοις, 364 οἱ τῶν κυνηγῶν τῶν ἀδήλων ἐργάται, 436 πρὸς τὰς ἐπῳδὰς τοῦ Θεοῦ τὰς ἐγγράφους, 608 ἀλλ' ὡς τὸν Ἐφραὶμ ἐκδιδάσκει τὸν μέγαν, fr. 45 οὐ τὰς πλάκας φέρουσα τὰς θεογράφους, 121 ταύτην δὲ τὴν φάλαγγα τὴν νεοσπάδα, Suppl. II 22 ἐκ τοῦ δράκοντος τοῦ σφαγέντος ἁρπάσας, 44 sq. μακαρίζει τὴν χάριν | τὴν σοὶ δοθεῖσαν, IV 22 τὴν σάρκα ποιεῖ τὴν διεστῶσαν μίαν, 52 καὶ τῇ χαλάζῃ συμπλέκῃ τῇ βαρβάρῳ, XX 2 τῶν παρθένων δὶς (non δὸς) τὸν χορὸν τῶν εὐφρόνων, An. p. 1680 A ὁ τοίνυν Μωσῆς ὁ ἡμέτερος ὁ θαλάσσῃ καλύψας, 1684 C τὴν γῆν ἐπυρπόλει τὴν οἰκείαν, 1697 B ἐμαινόμην ποτὲ τὴν παραφορὰν τὴν ἑκούσιον, 1724 A ἡ δυὰς ἡ συναναβᾶσα, 1725 A ὅπως τὴν σφραγῖδα τῷ τυράννῳ τὴν περιαυχένιον ὑποδείξωσιν[1]). Duplex adiectivum occurrit Hex. 1155 τὸν μῦν διδάσκει τὸν τυφλόν, τὸν παμφάγον et 1165 τίς τὴν μέλιτταν τὴν σοφήν, τὴν ἐργάτιν, neque aliter intelligendus est tertius Hexaëmeri locus 1009 καὶ τίς τὸν ἰχθὺν τὸν βραχύν, τὸν ναυκράτην. Contra legem peccat Hex. 1125 τῆς μακρογήρου τῆς κορώνης τὸ στόμα, ubi κατ' ἐξοχὴν voce ἡ μακρόγηρος avis 'annosa' (Horatius C III 17, 13), 'vetula' (IV, 3, 25), 'novem saecula passa' (Ovidius Met. VII 274)[2]) significatur, substantivum vero epexegesin quandam repraesentat[3]), unde cadant necesse est Hilbergii coniecturae ('Wiener Studien' vol. IX p. 211 et VIII p. 299) P I 71 τὰς αὐταδέλφους <τὰς> ἀρετὰς καὶ συντρόφους[4]) et Hex. 1801 ἡ μυστικὴ κλεὶς τῆς θεοδόχου <τῆς> πύλης[5]).

---

[1]) Adde P I 15 sq. τῆς ἐξουσίας | τῆς σῆς, II 265 τὸν νοῦν τὸν σόν, III 376 τῶν πόνων τῶν σῶν, Av. 178 sq. τῆς ὁλκάδος | τῆς σῆς, Hex. 890 sq. τὴν ἐνέργειαν... | τὴν σήν, 907 sq. τῆς κοσμουργίας | τῆς σῆς, Suppl. XLVIII 9 τῷ πατρὶ τῷ σῷ, — P II 71 τῶν λογισμῶν τῶν τοσούτων, — S 165 τῶν προσώπων τῶν τριῶν, tum Av. 174 τὴν ψάμμον ἐκπτύσασα (ἐκπτύουσα Qu., sed non V!) τὴν τῶν βαρβάρων, 371 καὶ πρὸς τὸ τεῖχος ἐκδραμὼν τὸ τῆς δίκης, 509 οὕτω γὰρ ἡ μὲν ὄψις ἡ τῶν ὀμμάτων, H II 81 τῆς Γοργόνος προσῆπτο τῆς τοῦ Περσέως, Hex. 1797 τὸ τῆς πάλης ἄλειμμα τῆς τῶν μαρτύρων, S 649 sq. τὸ πηγαῖον στόμα | τὸ Γρηγορίου, — Av. 269 sq. τὰς βάσεις | τὰς πρὸς τὸ τεῖχος, — 82 τοὺς ἀγωγοὺς τοὺς ἑαυτῆς, — P I 45 τῶν γὰρ λογισμῶν τῶν ἐν ἡμῖν, III 373 τὸν νοῦν τὸν ἐν σοί, — S 261 τὰς φύσεις τὰς ἐκ δύω, — Suppl. I 47 οἱ Κύκλωπες οἱ πάλαι, An. p. 1713 B τῶν στεφάνων τῶν ἔπειτα.

[2]) Cornicis epitheton μακρόγηρως recurrit apud Constantinum Manassen 6334 ἀμετροβίοις ἤριζε κορώναις μακρογήρως. De re cf. Goettling-Flach ad Hesiod fr. CLXIII. Apposita ἐννεάγηρα (Arat. 1022) et πολύζωος (Oppian. Cyneg. III 117) nunc quidem in editionibus non comparent.

[3]) Cf. Kuehner-Gerth, ausf. Gramm. § 462 a n. 1 (vol. II 1 p. 601 sq.).

[4]) Requiritur: οὔσας ἀδελφὰς <τὰς> ἀρετὰς καὶ συντρόφους, sed fortasse τὰς αὐταδέλφους <γοῦν> ἀρετὰς καὶ συντρόφους sufficit.

[5]) L. θεηδόχου cum VTp, in quam lectionem iam Morellus in editione altera

230 sq. τὰς δὲ συμφορὰς ὅλας
ἔστρεψεν εὐθὺς εἰς χαρὰν μεθαρμόσας

corrigendum ἔτρεψαν cum M cf. P I 160 sq. ἕως ἔτρεψας εὐσεβῶς μεθαρμόσας | τὸ τῆς πλάνης ἄδοξον εἰς εὐδοξίαν, ubi codicum memoriam leges metricae certam reddunt, tum P I 52 τὰ δυσχερῆ τραπεῖεν εἰς εὐεξίαν, S 424 οὐ θατέρου τραπέντος εἰς τοὐναντίον cll. Hex. 282 οὐκ εὐθὺς εἰς χειμῶνα τὴν θέρμην τρέπει, 854 ἢ καὶ πατάξει (sive potius πατάξῃ) Νεῖλος εἰς αἷμα τρέπων, 1675 τὸν πάντα κόσμον εἰς ἐπίρρημα τρέπεις[1]). Adde Van. 229 ἀνετράπη τὸ κοῦφον εἰς τοὐναντίον, — Hex. 469 παρατρέπει τὸ πλῆκτρον εἰς τοὐναντίον, Van. 72 ἄνθρωπος εἰς βοῦν φατνιῶν παρετράπη. Attamen Van. 74 τὸ κάλλος ἀντέτρεψεν εἰς ἀμορφίαν recte VTLp ἀντέστρεψεν exhibent cf. P II 333 sq. εἰς ταπείνωσιν τότε | τὸν ὄγκον ἀντέστρεψε τῆς ἐπάρσεως et Hex. 1317 τὴν πίστιν ἀντέστρεψαν (ἀνέτρεψαν falso B, ἂν ἔτρεψαν N) εἰς ἀπιστίαν.

280 sq. οὐδ' ἄλλος ἵππους ἡνιοχῶν τὰς ἡνίας
λοξὰς προδεικνὺς ὀξέως παρέρχεται

per se ὀξέως nullam dubitandi ansam praebet (cf. Av. 460 cl. Suppl. III 24), sed sententiae continuatio codicis M lectionem ὀρθίως extra omnem dubitationis aleam ponit; neque enim tempus, sed cursus ratio tertium comparationis efficit cf. 282 sq. ὡς σὺ κρατήσας τοῦ στρατοῦ τὰς ἡνίας | ὑποτρέχων παρῆλθες ἐξ ἀντιστρόφου cl. 279 ἀντιστρόφῳ παρῆλθε θηρίον δρόμῳ et 285 πρὸ τῆς μάχης ἀφῆκας εἰς ἀντιστάδην.

313 ἔτικτεν οὐκ ἔκπληξιν, ἀλλ' ἐκπληξίαν

M optime L. Dindorfii emendationem (Thes. vol. III p. 535 D) ἐμπληξίαν[2]) confirmat. In eo enim Pisidae ars consistit, ut compositionis ratio scite varietur. Cuius artificii ignari et librarii et editores haud semel vitiosas lectiones inculcarunt e. gr. *a)* P II 283 ὑποτρέχων (sic Mp, ὑποστρέφων V) παρῆλθες ἐξ ἀντιστρόφου *b)* Av. 97 παρῆκεν (παρεῖδεν p) ἢ μεθῆκεν εἰς ὑπερθέσεις, *c)* Hex. 14 sq. καὶ τὴν ὁμίχλην τῶν φρενῶν ὑποστρέφει (cf. Stud. p. 132) | καὶ τῆς διόπτρας τὴν ὀπὴν ἀντι-

---

(1618) inciderat cf. Suppl. II 2 ὅλη σε τιμᾷ καὶ καλεῖ θεηδόχον, XXXVIII 3 καὶ τοῦτον, ὦ δέσποινα καὶ θεηδόχε, XLI 3 σπήλαιον ἄλλο καὶ φάτνην θεηδόχον. Altera forma nostro auctori relinquenda est Suppl. LXVII 2 ἡ θεοδόχος γὰρ εὐτρεπίζεται φύσις.

[1]) Accedat Van. 215 ἔπαινος οἶδε τὴν ἀμορφίαν τρέπειν pro (ἔπαινον) τρόπων cf. Stud. p. 190 n. 9.

[2]) Contraria ratione Quercius nescio unde Hex. 126 ἐντεῦθεν αὐτὸν ἐμπλαγέντες οἱ πάλαι optimam scripturam ἐκπλαγέντες, in qua et codices et editiones consentiunt, oblitteravit cf. Hex. 588 sq. ὡς μὴ τὸ μῆκος ἢ τὸ κάλλος τοῦ πλάτους | μόνον σκοπήσας ἐκπλαγῇ τῶν κτισμάτων cll. P III 34. 166, Hex. 605, S 240, Suppl. II 64, XLII 2, An. p. 1704 D. Recte insuper pro ὡς μέγαν Hercher ex V (= p_1 T_2) οἱ πάλαι reposuit.

στρέφει (ἀποφράττει contra metri leges coni. Morellus), *d)* 225 τὴν τῶν ὀμμάτων | ἔκλαμψιν ἢ πρόςλαμψιν (πρόςβλεψιν coni. Mor.), *e)* 1746 εἰς γῆν ὁ πηλὸς συστραφεὶς ὑποτρέχω (sed ὑποστρέφω MVTpN). Cf. de a.[1]) c. e. P II 312 κυκῶν δὲ πάντα καὶ στρέφων κἀντιστρέφων, S 252 εἰς τὴν σεαυτοῦ συστροφὴν ἀντιστρέφεις[2]), 323 ἀεὶ τὸ διττὸν συστρέφων ἀντιστρέφεις, tum Hex. 1080 sq. ἐφ' οἷς δοκοῦσιν ἐκ ποδῶν ἀντιστρόφων | τὴν σφαιροειδῆ κόπρον ἀντισυστρέφειν. — Cum b. et d. plane conspirant Av. 460 ὅμως παρῆλθεν ἢ διῆλθεν ὀξέως et Hex. 37 ἀνεῖλες ἢ καθεῖλες[3]), — proxime accedunt H I 81 τὸ φῶς ὑπέστη καὶ διέστη τὸ σκότος, Hex. 1503 μὴ μᾶλλον ἐκστῇ καὶ διαστῇ τῷ φόβῳ, 1662 τέλους ἀπέστης καὶ διέστης τοῦ μέσου, 1721 ἐφίστασαι γὰρ καὶ παρὼν ἀφίστασαι, — P III 171 sq. οὕτως ἅπαντας καὶ τρέχοντας προςδέχῃ | καὶ μὴ τρέχοντας εἰς τὸ σώζειν ἐκδέχῃ, nec distant H I 74 sq. ἀνεῖλε τὸν δράκοντα τὸν μιαιφόνον, | καθεῖλεν ὕδραν, μυριαύχενον βλάβην, S 609 sq. κατῆλθεν ὢν ἄσαρκος ὡς θεοῦ Λόγος, | ἀνῆλθεν ὢν ἔνσαρκος ὡς ἡμῶν γένος, Suppl. IX 3 sq. ὁ μὲν νοσῶν εἴςελθε καὶ λύεις νόσον· | ὁ μὴ νοσῶν πάρελθε, μὴ λάβῃς νόσον, An. p. 1697 C τόξον ἐντείνων, ἀσπίδα προτείνων, — S 611 sq. ὡς οὐ κατῆλθεν ἡμίθεος πρὸς τοὺς κάτω, | οὐκ ἀντανῆλθεν ἡμίτομος πρὸς τοὺς ἄνω, 318 sq. εἰ δ' αὖγε τὴν σάρκωσιν εἰςάγεις πάλιν, | εὐθὺς τὸ διττὸν αὖθις ἀντεπειςάγεις, Suppl. II 88 sq. εἰ δ' ἀντινεύσεις, καὶ τὸ τῆς νίκης κράτος | συναντινεύει, An. p. 1704 C ὁ μὲν πρὸς φόβον τοῦ βασιλέως ἐξέφερε τὸ ὄνομα, ὁ δὲ τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως ἀντεξέφερε, — Hex. 449 εἰ καὶ παρανόμους ἐννόμους ὁρίζεται. Adde P II 160 ἀλλ' εἷλκες αὐτῶν καὶ μεθεῖλκες τοὺς τόνους, — II 161 ἔταττες, ἀντέταττες, Hex. 69 εἰπών, ἀπειπών, 851 ἕλκων, μεθέλκων, S 111 ἕλκειν, μεθέλκειν, — Av. 99 σχέσει λογισμῶν, δωρεῶν ὑποσχέσει, — S 124 sq. ὁ τοὺς ἐκείνῳ συμφρονοῦντας ὑβρίσας | εὔδηλον αὐτὸν φαίνεται καθυβρίσας, ubi voces simplices cum compositis copulantur. Recte igitur Hex. 695 sq. τοὺς ἑλκτικοὺς δὲ πάντας ἰθύνει τόνους, | βάλλει δὲ κλεῖθρα ταῖς καθελκτικαῖς πύλαις variam lectionem ἐκτικοὺς (sive καθεκτικαῖς) nobis videmur reiecisse p. 151 n. 2[4]) cf. praeterea P II 222 κλέψαι

[1]) Per se ὑποτρέχων nihil offendit cf. P II 279 ἀντιστρόφῳ παρῆλθε θηρίον δρόμῳ, III 22 et fr. 64 (Stud. p. 165) τρέχων ὑπόστροφα, S 250 sqq. ἀναδρόμους ἰλιγγας ὥςπερ τῷ πεφυρμένῳ σάλῳ | εἰς τὴν σεαυτοῦ συστροφὴν ἀντιστρέφεις cll. P II 272 sq. οὕτω νομίζων εὐτυχῶς προεκτρέχειν | ἐκ σοῦ σκελισθεὶς δυστυχῶς ὑποστρέφει et III 333 βάλλων, διώκων, ἐκτρέχων, ὑποστρέφων.

[2]) Cf. Stud. p. 135 n. 3.

[3]) Καθῆρας perperam Tp.

[4]) Sed Hex. 1798 τὸ σύνδρομόν τε καὶ συνέκδρομον σέλας MVTpN et Morelli margo in σύνθρονον concinunt, quam scripturam genuinam esse equidem mihi per-

θελήσας αὐτὸς ἀντεκλέπτετο, III 36 καὶ τοῖς λίθοις ἔμεινε συλλιθούμενος, 161 sq. τῆς καρδίας γὰρ ἀστάτως κινουμένης | συναστατούσας εἶχε καὶ τὰς ἐλπίδας, 227 sq. ὅλους προπηδᾶν τοῖς τραπεῖσι συμμάχους | ἐκ τῶν ἑαυτοῦ ταγμάτων ἐπέτρεπεν, 392 sq. σοὶ πᾶσα δούλη τῶν ὁρωμένων φύσις | καὶ τῶν ὑπὲρ νοῦν πᾶσα σύνδουλος κτίσις, Av. 214 sqq. ἐπεὶ δὲ λοιπόν, ὥςπερ οἱ μῦθοι πάλαι | τοὺς γηγενεῖς πλάττουσι τοὺς ψευδοσπόρους, | τῆς γῆς ὁ πυθμὴν βαρβάρους ἀνέπλασε, H II 176 sq. εἰς αἰχμάλωτον ὅνπερ ἥρπασε θρόνον | ἀντενθρονίζειν ἐν κακοῖς τὴν Περσίδα, R 58 κλέψας τὸ πρῶτον μειζόνως ἀντεκλάπη, Hex. 148 φθάνει δὲ πᾶν κίνημα συγκινῶν ὅλα, 493 τιμῆς βραχείας τοὺς ὑπερτίμους πόρους[1]), 1711 εἰ καὶ βάθος γὰρ ἐμβαθύνει σοι[2]) λόγου, 1899 sq. κάμψον δι' αὐτοὺς τῷ Θεῷ τὸν αὐχένα, | καὶ πᾶσα Περσὶς ἀντικάμπτει τοὺς πόδας[3]), Van. 24 ὅ, πρὶν κυηθῇ, τῇ φθορᾷ συνεφθάρη, 26 sq. κολάζεται γὰρ τῦφος ὠφρυωμένος, | ἀντοφρυωθεὶς τῇ θείᾳ τοῦ μείζονος, S 177 μηδ' αὖ χαρίζου τῇ Γραφῇ παρεγγράφων, fr. 18 sq. πέπων πεπανθεὶς ἐξυδαροῖ <τὴν>[4]) γαστέρα, | οἶνος δ' ἄκρατος ἐκπέποι[5]) τούτου θράσος, An. p. 1681 B

---

suasi cf. Suppl. III 69 δεικνὺς ἐκείνην τῷ κράτει σου σύνθρονον et de re ipsa Suicer Thes. Eccles. vol. II p. 1164 sq.

[1]) Vulgatam scripturam λίθους ex MVTpN correxi; de foraminibus agitur in corpore discruciati martyris factis.

[2]) L. σοὶ et verte: 'quamvis enim rationis profunditas (cf. Hex. 68, Suppl. CVII 18, An. p. 1692 C cl. P III 221) te (cf. Hase ad Leon. Diacon. p. 461 Bonn.) scrutetur'. Ἐμβαθύνει optimo iure pro ἐκβαθύνει ex V (= MTp) reposuit Hercher; eodem sensu verbum simplex adhibuit Pisides Hex. 768, tum Ariston apud Stobaeum Flor. LXXXII 7 (Mein. sive Anthol. II 2, 14 Wachsm.) οἱ ἐν διαλεκτικῇ βαθύνοντες ἐοίκασι καρκίνους μασωμένοις, οἳ δι' ὀλίγον τρόφιμον περὶ πολλὰ ὀστᾶ ἀσχολοῦνται, ubi philosophi mentem non adsecuti Usener βραδύνοντες, Wachsmuthius (vol. II p. 22) μηκύνοντες temptabant cf. insuper Philo de poster. Caini § 118 (vol. II p. 26 Cohn) ὁ δὲ τῆς διανοίας ὀφθαλμὸς εἴσω προελθὼν καὶ βαθύνας τὰ ἐν αὐτοῖς σπλάγχνοις ἐγκεκρυμμένα κατεῖδε, quo loco citra necessitatem (propter vol. I p. 25, 26 = de opif. mundi 77 οἱ τοῖς νόμοις ἐπὶ πλέον ἐμβαθύναντες) ἐμβαθύνας coniecit Mangey.

[3]) Hex. 858 στύλον δὲ δείξει (l. δείξῃ cum T) νυκτὸς ἔμπυρον σέλας prave Morelli margo πυρὸς exhibet. — 1567 ἰχθὺς δὲ πνεύμων τοῖς σάλοις ἐπιπνέων rectius VpBN$_1$ et Morelli margo ἐπιπλέων offerunt, quae lectio haudquaquam formae πλεύμων (pro πνεύμων cf. Suppl. I 32) favet.

[4]) Recte addidit Hilbergius 'Wiener Studien' IX p. 221.

[5]) Quercii scriptura ἐκπεποῖ in censum non venit, siquidem ex V epigramma sumpsit, qui distincte ἐκπέποι praebet aeque ac p; neque aliam lectionem ἐκπέοι in M innuit. Graecitati vox accedat ad aoristi formam ἔπεψα adcommodata, nullum vero scrupulum optativus particula ἂν carens movet cf. Av. 170. 514, Hex. 46, S 94. 379, Suppl. XXVIII 2 (p. 140 supra), tum in sententiae condicionalis apodosi, (quae ἂν ex communi consuetudine Av. 106, Hex. 1363, An. p. 1681 B secum trahit), P III 197. 359, Hex. 630 sqq. 690, S 143, fr. 12, ac fortasse Hex. 869 sqq. μόλις τὰ κρυπτὰ τῶν ὀπισθίων μέρη | Θεοῦ σκοπήσει καὶ πλέον μηδὲν βλέπων | πλέον ποθήσῃ (ποθήσει Hercher ex B) τὸν κεκρυμμένον πόθον, ubi σκοπήσοι et ποθήσοι MTN suppeditant, et 1590 καὶ τὴν πρόρινον

ὅταν γὰρ ἀγωνιστῇ εὐφημίας λόγος ἀνταγωνίζηται, 1708 D ὡς δὲ τὴν χεῖρα πρὸς τὸν κείμενον ἐβιάζετο, τὸν φόβον ἀντιβιαζόμενον εὕρισκε, — P III 137 sq. πλὴν οὐ προςήκει συγκαλύψαι τῷ λόγῳ | τὸ Περσικὸν κάλυμμα τῆς πανουργίας, Av. 31 sqq. ὡς ῥευστὸν ἀντίφραγμα καὶ τεῖχος νέον· | τεῖχος γὰρ αὐτοῖς ἀντέβη τὰ κύματα | καὶ φραγμὸς ἑστὼς εἰς ἀείδρομον φύσιν, 78 τὴν γῆν ὑφέλκων ἐξ ἐκείνης εἵλκετο, Van. 29 sq. παρωθεῖται βίᾳ, | ὡς εἴ τις ὠθεῖ πάτταλον τῷ παττάλῳ, An. p. 1705 A τὸ φῶς κλέπτουσα διελέγχεται καὶ φύσις αὐτῇ τὸ κλέπτειν ἀεὶ καὶ ἐλέγχεσθαι, p. 1725 B καταιδοῦνται κύνες, ὃν οὐκ ᾐδέσθησαν οἱ ὁμόφυλοι, — tum P II 28 καὶ τὰς ἀτάκτους ἐκτροπὰς ἀνατρέπει, Av. 247 ἀπὼν παρεῖναι, 360 τὰς εἰςόδους κλείσασα ταῖς διεξόδοις, Hex. 594 μήπως ἐπαρθεὶς τῷ μεταρσίῳ θράσει, 744 sqq. εἴπερ δι' αὐτῶν ἐμβαλοῦσα τοὺς ῥύπους | πάλιν δι' αὐτῶν ἐκβάλῃ τὰ δάκρυα, | τὰς εἰςόδους πλύνασα ταῖς διεξόδοις, 1116 καὶ τοὺς ἐνύπνους ἐξυπνίζειν ἐργάτας, 1685 sq. προςτακτικῷ δὲ πάντα μορφώσας λόγῳ | ὑποτακτικήν σοι δημιουργεῖς τὴν κτίσιν, 1802 sq. δι' ἧς ἄσαρκος εἰςεληλυθὼς Λόγος | ἐξῆλθεν, S 128 κατηγορῶν δὲ τοῦ συνηγορουμένου, 333 συνηγορήσῃ τῷ κατηγορουμένῳ, Suppl. IV 44 καὶ τοῖς ἀποῦσι συμπαρὼν λογίζεται, An. p. 1684 C πολιὰ παράφρων καὶ νεότης ἔμφρων εὑρίσκεται.

Memoriae vitium M insuper tollit vocula ἀλλ' praemissa P II 333 ἐξ ἀπορίας εἰς ταπείνωσιν τότε, ubi οὖν post ἀπορίας supplebat Hilbergius (vol. IX p. 211), denique Pinderi coniectura ἔνθεν pro ἐντεῦθεν (cf. Stud. p. 14 n. 2) comprobatur 346 ἔδακνε, μήπως ἔνθεν εἰςβαλὼν φθάσῃς.

Ad idem genus ex mea quidem sententia pertinent πλῶται pro πλωταὶ I 187 [1]) et τε pro δὲ II 311 [2]), ac lacunam unius versus inter II 265 et 266 statuendam esse lectionis varietas ὥςτε καὶ τὴν αἰτίαν

αἱματόῤῥοιαν σβέσεις, quo loco σβέσοις MN commendant. Quae cum ita sint, Suppl. I 54 πηγὰς δὲ τοῖς σοῖς ἐμβαθύνοι (ἐκβαθύνοι M) χορτάφοις relinquenda est optativi forma olim in ἐμβαθύνει mutata, tum Hex. 210 οὐ πλούσιος γάρ, οὐ δυνάστης ἁρπάσει codicum VpN lectio ἁρπάσοι praestare videtur. Adde p. 222 sq. infra. — Ceterum θράσος habet V (= Mp), non κράτος, quemadmodum Quercius edidit; varietatem κράτος ex p notavi ad Hex. 975 καὶ τῶν ἐλεφάντων ἐκφοβοῦσι (ἐκπτοοῦσι minus recte Hercher ex B cf. Av. 523, Hex. 73, Suppl. I 58) τὸ κράτος (superscr. θράσος) et 406 τὸ τῶν λεόντων σωφρονίζουσιν θράσος (ubi etiam V κράτος offert, at cf. 926), cf. P II 211 κρατοῦντα τῷ θράσει.

[1]) Cf. Lobeckius Paral. p. 428 sqq. (cl. Pathol. Elem. I p. 478 sqq.), qui hanc vocis formam (pro πλωτὴρ) in Lexicis omissam Graecitati alienam esse falso autumat; adde Av. 182, ubi eodem iure ἐπιπλώταις pro ἐπιπλωταῖς (p. 21 n. 2 supra) correxi; neque aliud iudicium de ὑπερπλωτὴς (Thesaur. vol. VIII p. 240 A) ferendum est.

[2]) Cf. Stud. p. 110.

pro τὸν σόν, ἵν' εὐμηχάνως [1]) videtur docere. Accedat II 223, ubi genuinam memoriam (cf. Hilbergius vol. IX p. 211) ποσίν pro ποσί codicis M corrector perperam oblitteravit.

Ambigi potest de ηὐπόρησε pro εὐπόρησε I 76 cf. Stud. p. 117 sq. [2]); idem de II 318 sq. valet ὕδωρ ἐμαστίγωσεν, οὐκ ἔχων, ὅθεν | τὴν λύτταν αὐτοῦ τὴν ἀνάπτουσαν σβέσει, ubi M σβέσοι exhibet. Neutra enim forma Pisidae usu excluditur, unde indicativum [3]) cum optativo in interrogatione obliqua [4]) poeta consociat Av. 399 sqq. ἔρως γὰρ ἦν τις τοῖς ἐπ' ἄμφω βαρβάροις, | οὐχ ὅστις ὅπλα συντομώτερον λάβοι, | ἀλλ' ὃς προφλέξει τοὺς ἀναιτίους λίθους. Quae fluctuatio [5]) etiam in oratione recta occurrit cf. a) Av. 85 ἐντεῦθεν ἡμῖν ποῖος ἀρκέσει λόγος; 416 τί πρῶτον εἰπὼν δευτέρων ἀπάρξομαι; H I 220 sq. τί πρῶτον εἰπών, ποῖα συγγράφων μέσα | τῶν ἐσχάτων σου δράξομαι προοιμίων; Hex. 881 ποῖος πανόπτης εὐτονήσει [6]) νοῦς βλέπειν; 1149 sq. (at cf. p. 134 n. 5) πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἡ τεκοῦσα Παρθένος | τὸ πιστὸν ἕξει τῆς γονῆς τῆς ἀσπόρου; 1469 πῶς καὶ λιθώδης οὐ συνήσει καρδία; Suppl. I 95 ποῖόν τις (non ποῖον τίς) ἐν σοὶ γνωστὸν εὑρήσει μέλος; II 17 καὶ πῶς σε ῥευστοῖς εὐλογήσομεν λόγοις; An. p. 1689 A ποίαν ἀναδέξομαι [7]) γλῶσσαν; — b) Hex. 1277 sqq. πῶς οὐχὶ μᾶλλον τοῦ πανεργάτου [8]) Λόγου | .... τὰ πάντα θαυμάσειεν ἔργα σὺν

[1]) Cf. ibid. p. 126 n. 2.

[2]) Quo loco εὐδαιμόνιζε An. p. 1700 B excidit.

[3]) Cf. Hex. 1131 ἀμηχανοῦσα, πῶς ἀνοίξει τὴν θύραν.

[4]) Scilicet ἔρως idem significat ac ἐπιθυμία cf. Suppl. XVII 1 ἔχουσα Παύλου τοὺς ἔρωτας τῶν λόγων. 'Pacti' sive 'conventionis' notionem falso Quercius invexit: 'convenerat enim inter utrosque barbaros, ne quis arma citius altero caperet, quam ille antea incendisset inculpabiles lapides'.

[5]) Cf. Stud. p. 193 n. 2.

[6]) Εὐτονήσοι B, εὐπορήσοι T, qua de voce cf. H II 61.

[7]) Hanc formam, non ἀναδέξωμαι (Migne) adgnoscit Quercius (Laur. Esc.).

[8]) Morelli et Quercii scripturam exhibui, quam MT_2 comprobant; Hercher παντεργάτου ex B edidit, quam lectionem etiam VT_1 pN praebent. Attamen Hex. 1446 ἄφθαρτον, ὡς ἔδοξε τῷ παντεργάτῃ et 1641 πρὸ τοῦ φαγεῖν ὕμνησε τὸν παντεργάτην hoc momenti faciunt, ut Hilbergii sententiam ('Wiener Studien' VIII p. 298) Λόγου παντεργάτου reponendis amplectendam esse putem, praesertim cum a poeta divina παντουργία (Hex. 56. 1910 cf. etiam Eustathius Thessalonicensis ad Homer. p. 29, 31 sq.; 524, 37 sqq.; 647, 32; 1357, 1; 1848, 51 sqq.) et hominum dolosa πανουργία (P III 138, S 227; adde πανοῦργος S 186) probe disiungantur cf. praeterea P III 394 αὐτὸς κράτιστε τῶν ὅλων παντοκράτορ et Hex. 294 ἡ παντοποιὸς ἐμφανῶς ἐξουσία. Vix igitur ad composita πανάγιος (P II 170, An. p. 1685 B. C. 1696 C), παναλκής (H II 149), παναρκής (Hex. 1513), πανήμερος (P II 223, Suppl. III 15), πανόμματος (Hex. 1492), πανόπτης (Hex. 881), πανόπτρια (Hex. 220), πάνορμος (Hex. 515), πανύμνητος (An. p. 1697 A) provocari potest, quibus πανεύστοχος ex Suppl. III 5 ἱππεῖς ἐνόπλους, θηρολέτας <παν>-ευστόχους adiungo, ubi θηρολέτας (pro θηριολέτας) ex M reducendum est.

φόβῳ; Van. 89 sqq. τίς οὖν σκοπήσας ἐξ ἀπόπτου καρδίας | τὸ τοῦ βίου θέατρον αἰσχύνης γέμον | θρήνῳ γελῶντι μὴ σβέσοι τὸ παίγνιον; An. p. 1725 B ἀλλὰ γὰρ ποία λογογραφικῆς ἰσχὺς ἐξαγγελτικῇ πλεονεξίᾳ πιστεύουσα τὸ θαῦμα πρεπόντως ἀνιστορήσοι τῆς ὄψεως [1]); Quibus locis (cf. etiam p. 220 n. 5) codicum ope adiuti haec addere possumus exempla: Hex. 1374 sqq. πῶς οὖν μελίκρατόν τε καὶ πῦρ καὶ ξίφος | .... εἴργει τὸ ῥεῦμα καὶ τὸ δέρμα συλλέγει | ... ὁ δὲ πλάσας τὸ σῶμα μὴ συναρμόσει (συναρμόσοι MVTp); 1384 ποίας δὲ καὶ τύχωμεν (τύχοιμεν MVTpN) εὐελπιστίας; Suppl. II 69 sq. <τίς τῇ> [2]) τοσαύτῃ μυστικῇ στρατηγίᾳ | λόγοις πτερωθεὶς ἢ διαπτὰς προσβάλοι; IV 23 τὴν ψυχικήν τις πῶς ἕνωσιν ἐκφράσοι [3]); Sed nihil huc pertinet Hex. 1245 ὢ πῶς (ὅπως Quercius!) ἰδών τις τὸν ταὼν μὴ θαυμάσοι (θαυμάσῃ perperam coni. Hercher), quandoquidem Morelli conatus pro ὡς εἴ τις ἴδοι τὸν ταὼν (ταὼ melius MTN$_1$ cf. Stud. p. 196 n. 6) καὶ θαυμάσει repraesentatur, qui versus genuinam interpolatoris, non Pisidae artem prodit. Graves autem causae impulerunt, ut P II 20 τίς ἐκδιδάξαι ταξιαρχίας νόμους in suspicionem vocarem (Stud. p. 5 n. 4), formae ἐκδιδάξει longe praeferendam esse existimans ἐκδιδάξῃ, qua de cf. Hex. 1411 ἢ πῶς φυλαχθῇ τὸ λογικῶς εἰρημένον; 1414 ἢ πῶς τὸ ῥευστὸν εὑρεθῇ πεπηγμένον; 1501 sqq. πῶς πρὸς τὸ πῦρ ἐκεῖνο τῆς ἀφλεξίας | ... μὴ μᾶλλον ἐκστῇ καὶ διαστῇ τῷ φόβῳ; 1749 sqq. ποῖον αἰθέρα σχίσω; | ἢ ποῖ πορευθεὶς καὶ τὸν οὐρανὸν τρέχων | εἰς πέμπτον ἀρθῶ τοῦ Σταγειρίτου πόλον; | ἢ ποῖον αὖθις ἄλλον, ἢ ποῖον πάλιν | ἐκεῖνον ἐγκλείοντα καὶ ποῖον πάλιν | ζητῶν προκόψω [4]), ψηλαφῶν ὑποστρέφω; An. p. 1689 A τίς οὖν γένωμαι; 1704 D καὶ ποίοις, ἔφη, σπείσω θεοῖς [5]);

---

[1]) Ἄψεως non recte ex Laur. enotavit Quercius; in ὄψεως Laur. plane cum Esc. conspirat.

[2]) Codicis M lacunosam scripturam . ίστη ita corrigendam esse censeo.

[3]) Sic enim optime per compendium M exhibet; itaque coniectura τὴν ψυχικὴν πῶς ἄν τις ἕνωσιν ἐκφράσοι non erat opus.

[4]) Omnino legendum cum MVpN προκόπτω, ubi etiam indicativum adgnosci posse v. 1749 πλὴν ποῖ πτεροῦμαι docet. Codicis T memoria προκόπτων—ὑποστρέφων ad correctorem redit, ac similiter in Morelli editione nota marginalis ζητῶν προκόπτων ex editoris coniectura videtur fluxisse. Ceterum ante ζητῶν κτλ. interrogationis signa male Quercius et Hercher conlocant.

[5]) Adde P III 325 ἀμηχανεῖ μέν, πῇ τραπῇ πρὸς τὴν μάχην et Hex. 1727 οὐκ οἶδα, ποῖον βότρυν ἁρπάσας λάβω. — Eodem modo etiam Hex. 1313 ποίου γὰρ ἂν τύχωσι συγγνώμης λόγου aut ποίου δὲ καὶ τύχωσι (cll. 933. 1293. 1384) aut ποίου γὰρ ἐντύχωσι (cum genitivo cf. Baehr ad Herodot. IV 140 et intpp. ad Sophocl. Philoct. 1317; dativum Pisides usurpat Av. 44, Hex. 623, S 408, An. p. 1692 C) delitescit; etenim ἂν in interrogationibus nonnisi ad optativum pertinere potest cf. Suppl. IV 12, An. p. 1681 C. 1692 B. 1720 B cl. 1689 B.

Aliis locis, de quibus minus firmum est iudicium, codicum auctoritas accedit, e. gr. I 137 ἁμαρτήσοι (pro ἁμαρτήσει) p_2 [1]), 148 μένοι (pro μένῃ) V_2 p_2 et II 65 μετάσχοι (pro μετάσχῃ) p_1 [2]), tum I 87 σὺ παντὸς ἄνθους ἐκλέγῃ τὸ χρήσιμον, ubi lectio ἐκλέγεις etiam in p oblata videtur praestare [3]), quamquam medium haud raro occurrit [4]), neque a Pisidae consuetudine abhorret, qui promiscue et activam et mediam eiusdem verbi formam ponat cf. ἀριθμῶ (An. p. 1681 B) et ἀριθμοῦμαι (ibid. p. 1696 C), βιάζω (ἐκβιάζω) et βιάζομαι (ἐκβιάζομαι) ad Stud. p. 136 sq. [5]), εἰςπράττω (Suppl. LXXXVI 3) et εἰςπράττομαι (R 47), ἐφέλκω et ἐφέλκομαι Stud. p. 156 [6]), διαπλάττω (P I 142, III 427, An. p. 1704 A. 1717 C) et διαπλάττομαι (An. p. 1704 C) [7]), κλέπτω (P II 222, III 235, Av. 116. 229, S 176. 303. 311. 406. 502. 569, R 58, Hex. 435, Van. 113. 128, Suppl. IV 20. 103, An. p. 1705 cl. pass. Hex. 1730, Suppl. IV 20) et κλέπτομαι (An. p. 1697 B. 1701 A), κρούω (P II 166, Hex. 91. 1203, S 133 cl. pass An. p. 1701 D) et κρούομαι (An. p. 1705 D), ὁρίζω (An. p. 1713 A cl. pass. P III 384, Av. 71. 73, H II 121, An. p. 1713 A) et ὁρίζομαι (P III 318, Hex. 449), παρίστημι (Hex. 817) [8]) et παρίσταμαι (An. p. 1700 B. 1721 C) [9]), πήγνυμι

[1]) Cf. Stud. p. 118 sq.

[2]) Cf. p. 12 supra.

[3]) Cf. Joannes Chrysostomus Homil. XII ad popul. Antioch. cap. 2 (Patr. Gr. vol. XLIX p. 130) καθάπερ ἡ μέλιττα τοῖς λειμῶσιν ἐφιπταμένη οὐ πάντα ἐκλέγει, ἀλλὰ τὰ χρήσιμα λαβοῦσα τὰ λοιπὰ ἀφίησιν, — accedat Isocrat. I § 52 p. 13 B ὥςπερ γὰρ τὴν μέλιτταν ὁρῶμεν ἐφ' ἅπαντα μὲν τὰ βλαστήματα καθιζάνουσαν, ἀφ' ἑκάστου δὲ τὰ βέλτιστα λαμβάνουσαν, οὕτω δεῖ καὶ τοὺς παιδείας ὀρεγομένους μηδενὸς μὲν ἀπείρως ἔχειν, πανταχόθεν δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγειν.

[4]) Cf. Blaydesius ad Aristophan. Eccles. 1124; adde (de ape) ἐκλέγεται γὰρ τὸν θύμον apud Michaelem Glycam Epist. 14 (Patr. Gr. vol. CLVIII) p. 845 C.

[5]) Suppl. XLIII 2 ad βιάζομαι (med.) pertinet, cui classi etiam An. p. 1708 D adnecti potest cf. insuper Stud. p. 33 n. 4.

[6]) Hex. 762 ἐφέλκεται μὲν τῆς ἁπάντων αἰτίας recte Hercher ex B (=MVTpN) ἐφίεται edidit, quam scripturam praeterea Morellus in marg. e varia lectione ἐφίκεται extricavit.

[7]) Καὶ ταῖς πληγαῖς ἑαυτὸν διαπλασάμενος, ubi ἑαυτὸν a Quercio omissum non solum Esc., sed etiam Laur. offert cf. p. 1704 A (διαπλάσας ἑαυτόν).

[8]) Vitiosam lectionem κάλλος περιστᾷ (pro παριστᾷ) μηδενὸς κινουμένου recte Tp tollunt; totum versum omittit M, fortasse recte. — Av. 182 αὐτὸς παραστὰς τοῖς ἐπιπλώταις ὅλοις librorum memoria παριστὰς persuadendi sensu usurpata (cf. Plato Rep. X p. 600 D) defendi potest (cf. Stud. p. 21 n. 2), Bekkeri tamen emendatio παραστὰς admodum blanditur.

[9]) Nimirum sistendi significatio in iudicii discrimen venit; itaque formas παρίστασθαι (Av. 304, H I 185, An. p. 1700 B. 1705 A. 1717 A. 1721 A. 1725 B), παραστῆναι (P II 182, Hex. 1841), παρεστάναι (P I 115) adstandi notione distinctas seclusi; Hex. 1715 ὡς μήτε μῆκος σῷ παρίπτασθαι βάθει varietas παρίστασθαι (p_2 et Morelli margo) correctori tribuenda est.

(P III 35. 55, Hex. 134. 621. 710. 1425. 1439, S 464, Suppl. II 24 cl. pass. P I 3, II 314. 328, III 284, Av. 38. 272. 521, Hex. 88. 121. 150. 178. 207. 239. 351. 566. 1222. 1414. 1651. 1657, Van. 142. 184. 262, S 11. 140. 685, Suppl. II 4, An. p. 1684 A) et πήγνυμαι (Av. 35, Hex. 1693), πλάττω (Av. 115. 215, Hex. 128. 859. 1180. 1379. 1828, Van. 57, S 215, Suppl. IV 72, C 3, CII 3 cl. pass. Hex. 1738 et Van. 64) et πλάττομαι (H II 108, Hex. 471), ἀναπλάττω (Av. 216, Van. 95. 96, Suppl. II 107) et ἀναπλάττομαι (P III 309, S 644), ποιῶ (P III 109. 122. 236. 389. 402. 407. 444, Av. 60. 84. 183. 272. 274. 321. 353, H I 43, Hex. 11. 274. 277. 310. 373. 410. 447. 515. 546. 575. 686. 706. 779. 820. 1010. 1043. 1045. 1050. 1053.[1]) 1082. 1159. 1168. 1191. 1496. 1652. 1853. 1861. 1895, Suppl. I 89, II 113, IV 22. 107. 141. 146. 157, XLV 4, An. p. 1692 B. 1693 B. 1701 A. 1713 B. 1728 B) et ποιοῦμαι (P III 188. 234, H II 89, Hex. 226, An. p. 1684 B. 1685 A. 1709 A. 1712 B. 1713 A. 1721 C. 1725 A. 1728 D), πονῶ (P III 88, Suppl. IV 90 cl. pass. An. p. 1693 A) et πονοῦμαι (P I 198, II 359, III 332), προβάλλω (Hex. 665. 924. 1120, S 687, nec non Hex. 320 τέγγει μὲν ἰκμὰς καὶ π ρ ο β ά λ λ ε ι τὴν πόαν, ubi Quercii memoria παραβάλλει et contra sensum et contra librorum auctoritatem pugnat, qui uno consensu προβάλλει cum Mor. et Herch. adgnoscunt) et προβάλλομαι (Hex. 529, S 277, Suppl. IV 38, XLVIII 5, An. p. 1717 A)[2]), προςάγω (P III 31 cf. praeterea P I 211, Suppl. CVII 11, An. p. 1681 B. 1700 A. 1717 D cl. pass. P II 225) et προςάγομαι (Av. 383), προςλαμβάνω (Av. 59. 160, Hex. 1443. 1845, S 707. 716, Suppl. III 10, CII 4, An. p. 1700 B) et προςλαμβάνομαι (An. p. 1717 A. 1725 B), στολίζω (Hex. 200) et στολίζομαι (P I 131, Hex. 135 cl. Hex. 487), στρατεύω (Av. 525, H I 174) et στρατεύομαι (P I 202, II 236, Av. 396, An. p. 1697 B. C. 1709 C), σχηματίζω (P I 190, H II 108, Hex. 170. 459. 664, Van. 99, Suppl. IV 71) et σχηματίζομαι (P III 211, Van. 186), τίθημι (Hex. 88. 658, Suppl. III 2 cl. pass. P II 97. 314, Av. 149, An. p. 1689 A) et τίθεμαι (An. p. 1708 A)[3]).

---

[1]) Ποιεῖ (pro ὁρᾷ ex MTB et Morelli margine cf. Hilbergius 'Wiener Studien' VIII p. 302) σαλαμάνδρα τὰς καμίνους αἰθάλην. — Attamen S 447 ποιῶν in φορῶν mutandum est cf. Stud. p. 130 n. 3.

[2]) Sed Hex. 4 εἰς τὴν ἄνικμον ἐ μ β α λ ο ῦ μου καρδίαν forma activa ἔμβαλόν reponenda est, quam expresse tradunt VpN, varietate ἐμβαλών significat T (ἐμβαλῶν B) cf. P I 119. 155, III 291, Av. 410, Hex. 346. 503. 729. 744. 1134. 1235. 1383. 1563. 1677. 1886 (apud Hercherum ex V = MTpN), S 159. 409. 507. — Hex. 1020 ἀλσίν τε τοῦτον ἐ μ β α λ ὼ ν ἐξικμάσοι rectius συμβαλὼν MVp₁B suppeditant.

[3]) An. p. 1717 D ὁ δὲ τοῖς λόγοις τὴν φλόγα τοῦ θυμοῦ... ἀ ν α π τ ό μ ε ν ο ς falso

Tutam vero rationem sequimur, cum P II 305 πετρῶσαι pro χερσῶσαι in discrimen venit, quam scripturam et in M et in p obviam iniuria sprevit Bekker[1]), neque aliter de I 152 ἔδει γὰρ ἡμῶν τὸν συνήγορον Λόγον iudicandum, quo loco Bonnensis editor Quercii contextum ὑμῶν (= VM)[2]) reiecit, quae sententia etiam in I 201 cadit, ubi in trimetri clausula ex p συνέτρεχεν pro συνέτρεχε (Qu. = VM) Bekker recepit, etsi versus 202 haudquaquam forti distinctione seiunctus a consonante initium capit.

Omnino codices Vp adcurate excussi haud negligendum spicilegium offerunt, quod occasione data ex P, Av., H in medium proferre operae pretium est:

P III 224 inepte legitur θάλπει δὲ πάντας καὶ πυρώσει μὴ φλέγων ('omnesque fovet *et ardet* non urens' ex Quercii interpretatione), sed omnes numeros absolvit distincta utriusque codicis scriptura τῇ πυρώσει cf. Hex. 165 πλὴν μὴ φλογίζων τῇ πυρώσει τὴν κτίσιν cl. fr. 91 ἐνθουσιώσας τῇ πυρώσει τῆς μέθης.

III 328 sqq. οὕτω τὸ πιστὸν τῆς λογικῆς ποίμνης γένος
ἀμηχανεῖς μὲν προβλέπων ἑκάστοτε
ἐκ τῶν ἀπίστων θηρίων κυκλούμενον

editorum textum προβλέπων codicum Vp memoria προςβλέπων extrudit cf. Hex. 383 τίς τὴν θάλασσαν ἀστατοῦσαν προςβλέπων, 680 τὸν γὰρ

'incendens' pro 'incensus' vertit Quercius cf. Stud. p. 172 n. 3. — S 393 sqq. τίς γὰρ τὸ λευκὸν ὄμμα τῆς Ἐκκλησίας | τὸ Γρηγορίου τοῦτο δείκνυται στόμα, | οὐκ οἶδε κεκραγός τε καὶ πεπεισμένον κτλ. perperam idem vertit: 'quis enim illum candidum ocellum Ecclesiae, quis illud innuit os Gregorii, nec sentit clamasse penitus persuasum'. Nimirum verba τὸ — στόμα epexegesin trimetri praecedentis ita praestant, ut phrasi τὸ λευκὸν ὄμμα τῆς Ἐκκλησίας Gregorii Nysseni eloquentiam notari declarent (cf. S 378 sq.), unde γάρ, non (cum Hilbergio 'Wiener Studien' IX p. 219) δὴ inter τὸ et Γρηγορίου supplendum esse sequitur, nisi potius totum versum interpolatori de sententia ὄμμα — κεκραγὸς nimis sollicito (cf. Van. 231 sqq. et Suppl. IV 49 sqq.) tribuamus. — Inter ἐπελαφρύνομαι (Laur.) et ἐπελαφρύνω (Esc.) memoria fluctuat An. p. 1707 C cf. Stud. p. 126 n. 2; neque causa subest, cur Stud. p. 184 ἀλλ' εὐτρεπίζου πάντα τὰ πρὸς τὸν τάφον media forma offendat, quamquam reliquis locis Pisides semper activam adhibet cf. P II 54, Av. 270. 276. 538, H II 138, R 112, Hex. 455, S 676, An. p. 1684 C. 1696 A cl. pass P II 366, III 320. 321, Suppl. LXVII 2, An. p. 1693 B; P II 176, III 31. 244, Av. 119. 516, H II 24, S 366. Insolitum activae formae exemplum ex P II 229 σοὶ γὰρ προςελθὼν ἀνταμείβει τὴν τύχην adnotare placet.

[1]) Cf. Stud p 110.

[2]) Scil. Heraclii cf. p. 161 n. 1 supra. — De Sergio patriarcha similiter Pisides loquitur Av. 370 λαβὼν δὲ θᾶττον τὸν συνήγορον Λόγον.

θερισμὸν γειτνιῶντα προςβλέπει, 988 ὅταν τὸν ὕλλον γειτνιῶντα προςβλέπῃ, 1115 καὶ μὴ παρόντα προςβλέπειν τὸν ἥλιον, Suppl. IV 75 εἴπερ τὰ τέκνα στυγνιῶντα προςβλέπει. Quae ratio praeterea in P III 324 κυκλωθὲν αὐτοῦ[1]) προβλέπων τὸ ποίμνιον cadit, ubi προςβλέπων equidem ex coniectura repono. — Eandam vocem etiam P III 422 καὶ σαρκικῇ σε προβλέπει θεωρίᾳ requiro, siquidem Moses Dei αὐτόπτης erat cf. P III 370 ἐν σοὶ τὰ πολλὰ προςβλέπων[2]) κινήματα, 996 εἰ μή τις αὐτῶν τὰς ἐπάρσεις προςβλέπων, 1498 εἰ γὰρ τὸ τῆς γῆς τοῦτο πῦρ ὁ προςβλέπων[3]).

Neque III 439 χεῖρας νέμοντες ἀσεβῶς ἡπλωμένας Bekkeri (et Hilbergii 'Wiener Studien' IX p. 212) commento εὐσεβῶς opus erat, quoniam Vp clare illam scripturam exhibent[4]). Quae vox apud Pisidam semper eandem versus sedem occupat eaque est trimetri structura, ut praeter P I 195 σὺ δὲ δροσίζεις εὐσεβῶς τὰς καρδίας, ubi articulus cum substantivo arctissime cohaeret, vox quadrisyllaba sequatur: ἀμβλύνεται (P I 97), ἀνατρέχων (P I 237), ἀπληστίας (H I 156), δεδεγμένος (S 77), ἐδόξασε (Suppl. CVII 10), εὐπραξίαις (Suppl. III 38), ἡμαγμένη (P I 197), μεθαρμόσας (P I 160), μεθαρμόσῃ (Van. 63).

---

[1]) Cf. Stud. p. 10.

[2]) Cf. p. 159 supra.

[3]) Dativus a προςβλέπειν pendet Suppl. II 85 (96) τῷ σῷ δὲ λοιπὸν προςβλέπουσι νεύματι et An. p. 1693 C τοῖς ἄνω τε καὶ θειοτέροις προςέβλεπεν. — Post Hex. 878 ex V Quercius duos versus: οὐ ῥᾴδιον γὰρ εὐτόνῳ τῷ βλέμματι | ἀσκαρδαμυκτεὶ προςβλέπειν τὸν ἥλιον adiecit, quos adulterinos esse equidem mihi persuasi; cum V concinit p, varietatem ἀσκαρδαμυκτεῖν καὶ βλέπειν T suppeditat, codex a Morello in editione altera (a. 1618) adhibitus particulam uno trimetro auctiorem οὐ ῥᾴδιον γὰρ εὐτόνῳ τῷ βλέμματι | ἀσκαρδαμύκτειν (sic) καὶ τὸν ἥλιον βλέπειν, | ἀέναον φῶς, τοῦ Θεοῦ τὴν λαμπάδα post 882 collocat, N οὐ ῥᾴδιον γὰρ εὐκόλῳ τῷ βλέμματι | ἀσκαρδαμύκτειν καὶ τὸν (τόν) ἥλιον βλέπειν post 878 ponit, versum ἀέναον — λαμπάδα inter 881 et 882 inserit, quae varietas interpolationis indicia amplificat cf. Stud. p. 131 n. 4 et 132 n. 2. — Hinc igitur phrasin ἀσκαρδαμυκτεὶ (sive potius ἀσκαρδαμυκτὶ cf. An. p. 1708 B et Blaydesius ad Aristophan. Equit. 292) προςβλέπειν vindicare nihil iuvat, qua de cf. Lucian. Catapl. 26 ῥᾷον γὰρ οὖν τὸν ἥλιον ἄν τις ἢ τοῦτον ἀσκαρδαμυκτὶ προςέβλεψεν, Philes de anim. 963 sq. τὴν δ' αὖ σελήνην, ἐκφανεῖσαν μὲν νέαν, | ἀσκαρδαμυκτί τ' εὐσεβῶς τε προςβλέπων, — Tzetzes Chil. II 713 κἂν μὲν οὖν ἀσκαρδάμυκτα προςβλέψωσιν ἐκείνας (scil. τὰς ἀκτῖνας τοῦ ἡλίου) cll. Porphyr. de vita Pythag. 10 ἀναβλέποντα πρὸς ἥλιον ἀσκαρδαμυκτί, — Lucian. Icar. 14 γνήσιος ἀετός, ἢν ἀσκαρδαμυκτὶ πρὸς τὰς ἀκτῖνας βλέπῃ, Phila vol. I p. 170 v. 606 sq. (Miller) τὸ καὶ πρὸς αὐτὸν τοῦ κράτους τὸν φωςφόρον | ἀσκαρδαμυκτὶ καὶ παραχρῆμα βλέπειν, II p. 218 v. 68 ἀσκαρδαμυκτὶ πρὸς τὸ σὸν κάλλος βλέπω, — Aristophan. Equit. 292 βλέψον ἐς μ' ἀσκαρδάμυκτος (v. l. ἀσκαρδαμυκτί).

[4]) Cf. Stud. p. 26. Nostro loco de Heraclii filiis agitur.

Gravioris momenti locus est III 381 sqq.

ὅμως δὲ μικρῷ καὶ βραχυδρόμῳ σκάφει
τὴν σὴν θάλατταν ἐκπερᾶν εἰθισμένος
ἥμαρτον οὐδέν, μὴ διαπλεύσας ὅλην.

Etenim Bekker codicis p memoriam βαθυδρόμῳ haud immerito aspernatus in βραχυδρόμῳ adquievit, quod ex V a Quercio receptum est. Verum enim vero V perspicue βραδυδρόμῳ praebet, nec dubitandum, quin Pisidae manum reddat. Eodem modo naturam suam poeta designat H II 15 ἐβουλόμην δέ, καίπερ ὢν βραδυγράφος (ubi 'rudis' notionem falso invexit Quercius) cl. Av. 535 sq. ἐνταῦθά μοι νῦν τὸν βραδύγλωσσον λόγον | τὸ συμπέρασμα τοῦ σκοποῦ περιγράφει. Inprimis vero tardiloquus est in Heraclii laudibus celebrandis cf. P I 60 sqq. πάντας διατρέχουσιν οἱ ταχεῖς λόγοι | τῇ λεπτότητι ζωγραφοῦντες τὰς φύσεις· | ὅταν δὲ πειραθῶσι τοῦ πρὸς σὲ δρόμου, | πόθῳ τρέχουσι καὶ βραδύνουσιν φόβῳ. — Nostro autem loco sermonum navigium [1]) non solum tardum [2]), verum etiam parvum adpellatur, utpote quod ad imperatoris gloriam canendam non sufficiat cf. Suppl. III 86 sqq. τούτοις ἀνυμνήσας σε τοῖς μικροῖς λόγοις [3]) | φανείς τε πάντως ἐνδεὴς τῆς ἀξίας, | τὸ γνῶθι σαυτὸν εἰκότως παιδεύομαι. Alibi sane Pisidae sermo sive velocior videtur, quam ut Heraclium dignis laudibus praedicet sive admodum profusus, cum imperatoris res gestae scribendi materiam uberrimam praebeant cf. a) Suppl. II 17 καὶ πῶς σε ῥευστοῖς εὐλογήσομεν λόγοις; III 1 sqq. λόγος μὲν ὑμᾶς οὐ κατισχύει φράσαι | αὐτοῦ τεθεικότος σε τοῦ Θεοῦ Λόγου | ὑπερτετάχθαι τῶνδε τῶν ῥευστῶν λόγων. — b) H I 219 sqq. οὕτως ἀπλήστως ἐκχυθεὶς πρὸς τοὺς λόγους | στέργω δι' ὑμᾶς τὴν καλὴν ἀπληστίαν. | Τί πρῶτον εἰπών, ποῖα συγγράφων μέσα | τῶν ἐσχάτων σου δράξομαι προοιμίων; | Ἀντεμπλοκὴ γὰρ συγκροτεῖται καὶ μάχη, | τῶν σῶν ἀγώνων νῦν ὁμοῦ μεμιγμένων, | καὶ μῖξις ὥςπερ γίνεταί μοι καὶ στάσις, | ὥςπερ ῥεόντων τῶν ποταμῶν τῶν ὀμβρίων | ὁ πόντιος ῥοῦς ἵσταται μεμιγμένος· | οὕτω γὰρ ἐκβλύσαντες ἐξ ἑνὸς πόρου | τῶν σῶν ἱδρώτων οἱ ποταμοὶ μεμιγμένοι | ὠθοῦσι καὶ σφύζουσιν ὥςπερ ἐκ βίας | ἄλλος τὸν ἄλλον, ἐκδραμεῖν ἠπειγμένοι | καὶ ταῖς ἀβύσσοις

---

[1]) Cf. An. p. 1693 B τὸ σκάφος τῶν λόγων et Van. 37 sq. ἴθυνον ἡμῶν τὴν λαλοῦσαν ὁλκάδα, | τῇ σῇ προσευχῇ πνευματώσας τὸ σκάφος, ubi phrasis τὴν λαλοῦσαν ὁλκάδα ex eadem imagine fluxit; adde Av. 129 ἄγουσι πρὸς σὲ τὴν λαλοῦσαν ὁλκάδα et clausulam τὰς λαλούσας ὁλκάδας S 87 et 130.

[2]) Contrario modo navis epitheto ταχυδρόμος insignitur P I 200, quo de cf. insuper P II 208, III 442, H II 147, Hex. 1642.

[3]) Cf. similiter de bello Avarico Av. 10 sq. ἐγὼ δὲ μικροὺς τῶν ἀγώνων, ὡς ῥόδα, | λόγους συνάξας ἐξ ἀκανθῶν τῆς μάχης cl. Hex. 65 ἄκουε μικρῶν συλλαβῶν κράτος μέγα.

ἐντεθῆναι τῶν λόγων. Omnino autem supra vires facultatum suarum sibi audere videtur poeta (cf. P II 32 sqq. ἀλλ' εἰ θελήσω τῶν λόγων τὰ ποικίλα | καὶ τὰς διαφορὰς ἱστορεῖν τῶν φροντίδων, | ὅσας προθύμως ἀνθ' ὅλων ὑφίστασο, | διττῆς ἁμαρτὼν ἐλπίδος κριθήσομαι, | ὡς μηδὲ ταῦτα τῷ λόγῳ περιγράφων, | μηδὲ προβαίνων καὶ λέγων τὰ καίρια), quare alia silet (H II 153 sqq. cl. P II 149 sqq.), alia saepius narrat (cf. P I 64 sq. cll. Av. 533 sq., S 696 sqq.), alia in tempus magis opportunum differt (cf. Av. 307 sqq.), alia non satis bene efferri posse ingenue profitetur (Suppl. IV 154 sq.).

Nihil profecto offendit, quod βραδυδρόμος aliunde non innotuit; idem enim de βραδυγράφος (H II 15) valet, nec parvum omnino vocum ἀθησαυρίστων fasciculum Pisidae opuscula suppeditant. Ex P accedant praeterea: ἀνεξιχνεύω (III 252 φυγῆς ἀνεξίχνευον ἐκπηδήματα), ἀνευτρέπιστος (III 198 ἀλλ' οὐκ ἀνευτρέπιστος ἀνθωπλίζετο), ἀνθοροθετέω (II 315 ἀνθοροθετῆσαι τὰς βάσεις ἠπείγετο), ἀνταμοιβὸς (II 133 ταῖς ἀνταμοιβαῖς ὥσπερ ἀντιλήψεσι)[1]), ἀντικλέπτω (II 222 κλέψαι θελήσας αὐτὸς ἀντεκλέπτετο)[2]), ἀντικτίζω (III 74 τοῖς βαρβάροις μὲν φραγμὸς ἀντεκτίζετο)[3]), ἀντίκρουσμα (I 185 ἐκ τῶν βιαίων ὥσπερ ἀντικρουσμάτων)[4]), ἀπόσχοινος (I 217 οἱ ναυτικοὶ δὲ τοῖς ἀποσχοίνοις τόνοις), κατστενόω (P II 341 καὶ τὴν δυςάντη καὶ κατεστενωμένην scil. ὁδοῦ θέσιν), μελαμπέδιλος (III 118 καὶ νῦν μελαμπέδιλον ἐκτείνων πόδα), ὀρθίως (II 281 λοξὰς προδεικνὺς ὀρθίως παρέρχεται)[5]), Πόντιος (II 256 ἐπεὶ γὰρ εἰς χειμῶνα πρὸς τὸ Πόντιον | κλίμα)[6]), προκάμπτω (III 406 τούτῳ προκάμψει

[1]) Adiectivi enim forma adgnoscenda est, quae quidem Av. 365 recurrit: τοὺς ἀνταμοιβοὺς προςδοκῶντες ἀγγέλους. Neque quidquam Callimacheum Hymn. IV 52, ubi cf. Schneider p. 266) ἀντημοιβὸς obstat cf. ἀμοιβός, ἐπάμοιβὸς et ἐξημοιβός. ἐπημοιβός.— Ac primo adspectu emendatio ἀνταμοιβοῖς se offert, at cf. Oppianus Halieut. V 135 sq. ἐπημοιβαῖς κεχάρακται | γλωχίνων προβολῆσιν, ubi ἐπημοιβοῖς frustra temptatur. — Nec tamen P II 307 ὃς ταῖς ἀτάκτοις μεταβολαῖς τὰς οὐσίας codicis M varietas ἀτάκταις iuvat (cf. P II 28, H II 42, R 54, Hex. 262. 387), neque Hex. 876 εἰ γάρ τις εἰς ἄβυσσον ἀπλήστοις κόραις libri N lectio ἀπλήσταις in censum venit (cf. P II 221, Hex. 501. 738. 1101. 1615, Suppl. I 100).

[2]) Adde R 58 κλέψας τὸ πρῶτον μειζόνως ἀντεκλάπη.

[3]) Ἀνεκτίζετο perperam offert V, sed de lectionis φραγμὸς sinceritate non recte dubitavit Quercius, cuius versionem: 'tui vero tentorii insolita inspectio barbaris quidem timorem creabat' falsam coniecturam ἄχθος exprimit cf. Av. 31 sqq. ὡς ῥευστὸν ἀντίφραγμα καὶ τεῖχος νέον· | τεῖχος γὰρ αὐτοῖς ἀντέβη τὰ κύματα | καὶ φραγμὸς ἑστὼς εἰς ἀείδρομον φύσιν, 271 sq., κτίζειν τε πύργων ἐκφορὰς ὑπαιθρίους | φραγμούς τε ποιεῖν, Hex. 518 sq. ψάμμον δὲ τεῖχος τῇ θαλάσσῃ συλλέγων | καὶ λεπτὸν ἀντίφραγμα τῇ ζάλῃ πλέκων cll. R 9, Hex. 1634, S 299. 664, — Hex. 1592.

[4]) Cf. Stud. p. 212.

[5]) Cf. p. 218 supra.

[6]) Adde Suppl. I 59 ὡς εἴθε σὲ πρὶν οἱ τὸ Πόντιον στόμα et Stud. p. 13 n. 7.

σὺν τρόμῳ τὸν αὐχένα), προςαντικρούω (II 115 πέτραις προςαντέκρουσεν ἠδαφισμένα), προςσκιρτάω (I 180 ὁλκὰς προςεσκίρτησε πετραίῳ πάγῳ), συμμεταστρέφω (II 162 τῆς σῆς ῥοπῆς τὸ νεῦμα συμμετεστράφη). Quibus exemplis III 249 τὰς καμηλίους τότε | πλευρὰς adiungerem, nisi καμηλείους scribendum esse censerem, quam formam (cf. Dioscorides II 90 et Oribasius vol. I p. 204, 10 Bussem.-Daremb.) etiam apud Porphyrium de abstin. I 14 (pro καμήλια) ex Rhoehrii sententia (p. 27) Hercher p. 7, 22 et Nauckius, [2]p. 97, 27 restituerunt. Neque omnino masculina positio scrupulos movet, siquidem eiusdem generis adiectiva ad utramque positionem et masculinam et femininam prona sunt cf. λύκειος et λυκεία, ταύρειος et ταυρεία. Ceterum ipse Pisides fluctuationem amat cf. ἀγρία (Av. 21, Hex. 388)[1]) et ἄγριος (Hex. 947)[2]), αἰωνία et αἰώνιος (Stud. p. 28 n. 2), ἑκουσία (Suppl. VII 2) et ἑκούσιος (An. p. 1689 B. 1693 D. 1697 B, nec non Hex. 1596)[3]), καθαρσία (Hex. 1372) et καθάρσιος (Hex. 949)[4]), σεβασμία (An. p. 1725 A) et σεβάσμιος (P I 139)[5]).

Av. 330 στέλλουσι κλεπτὰς τῆς θαλάσσης ἀγγέλους optime κλέπτας in Vp habes[6]) cf. Sophocl. Ai. 1135 κλέπτης γὰρ αὐτοῦ ψηφοποιός

---

[1]) Adde Av. 29 ὅμως ἐπισχεῖν τὴν τοσαύτην ἀγρίαν (Stud. p. 208 n. 3).

[2]) Καὶ πάρδαλις μὲν λύθρον αἰγὸς ἀγρίου, ubi VpN citra necessitatem ἀγρίας vindicant; etenim inde ab Homero eadem ambiguitas comparet, cui αἴξ modo ἄγριος (Il. 3, 24; 4, 106; Od. 14, 50) est modo ἀγρία (Od. 9, 119); nihil igitur certi de P III 251 adfirmari potest: κρημνούς τε πάντες ἀγρίων αἰγῶν δίκην.

[3]) Ὁ βλέννος εἴργει τὰς ἑκουσίους ῥύσεις ex Hilbergii emendatione (Byz. Zeitschr. vol. VII p. 338 n. 1) pro ἀκουσίας (Mor., Querc.) sive potius ἀκουσίους (Herch. ex B = MVTpN), quae fluctuatio adiectivi ab alpha privativo compositi Van. 209 δάκνει βλέποντας ἀξίας ἀναξίους in memoriam redigit, ubi ἀναξίας T offert, genuina vero memoria ἀναξίως (cf. S 603) in MLp_2 extat. Margo Morelliana videlicet ex editoris coniectura, qui loci sententiam non perspexit, ἀξίως ἀναξίως praebet, lectio ἀναξίων in V_2 (ἀναξίους $V_1 = p_1$) correctorem sapit.

[4]) Suppl. IV 160 τῶν σῶν δὲ δείξοι σφαλμάτων καθάρσιον | ἣν ἀνθ' ὅλων ἔσταξας ἱδρώτων χύσιν substantivi vim καθάρσιον habet cf. P III 407 sq. ποίησον αὐτῷ τῶν φθασάντων πταισμάτων | ἱδρῶτας, οὓς ἔσταξεν, εἰς καθάρσιον cll. P II 195, H II 69, Hex. 26, fr. 47. — Sed Hex. 1534 ὅπος δὲ ῥίζης φάρμακον καθαρσίου reponendum omnino καθάρσιον cf. Bos-Schaefer Ellips. Gr. p. 318.

[5]) Λαβὼν δὲ τὴν θείαν τε καὶ σεβάσμιον, ubi frustra σεβασμίαν V_2 p_2 corrigunt. — Hex. 1169 οὐκ ἐπ' ὀρθίας | γραμμῆς διευθύνουσαν, ἀλλ' ἐγκαρσίας (genit.) Hercheri scriptura ἐγκαρσίους (scil. τὰς σύριγγας) omnino auctoritate caret (cf. Stud. p. 121 not.), similiter tamen femininam formam παραιτία noster Av. 515 adhibuit. — Hex. 1254 λόγχην ἑτοίμην, αὐτοκίνητον δόρυ (ξίφος ex versus sequentis clausula pro δόρυ se insinuavit apud Quercium) recte mei codices MVTpN et B apud Hercherum ἕτοιμον habent cf. P I 119, II 361, III 29, Av. 138. 279, Hex. 714. 1627, — eademque ratione Van. 49 πρὸς ὕψος ἐξαίρουσι καὶ δόξαν νόθην reducenda est forma νόθον, in qua MVTLp consentiunt cf. P III 259, H I 107, Suppl. II 36.

[6]) Eosdem nuncios poeta 352 τοὺς λαθόντας ἀγγέλους vocat.

ηὑρέθης, — supervacanea vero Bekkeri coniectura est εὐκαρπία est 159 πλὴν οὐδὲ ταύτης ἐντελὴς ἀκαρπία, quandoquidem Vp distincte εὐκαρπία exhibent.

61 sq. καὶ τοῖς παρ' αὐτῶν [1]) αἵμασιν πεφυρμένον
ὅλον τὸ σῶμα τοῖς πόνοις ἐβόσκετο

Quercius πεφυρμένος exhibet, attamen V cum p in scriptura πεφυρμένως congruit, quae bene admitti potest, etsi Bekkeri emendatio πεφυρμένον ex H II 77 sq. adminiculum sumere videtur: καὶ τοῖς παρ' αὐτῶν αἵμασιν πεφυρμένος | ὁ ῥοῦς [2]) ἐρυθρὸς ἐκ βίας ἐγίνετο. — De adverbii forma [3]) cf. εἰθισμένως (P I 175), ἐψευσμένως (P III 212), ἠκριβωμένως P I 65, III 173, Hex. 1699 [nec tamen S 123 τὴν πίστιν ἠκρίβωσαν ἠκριβωμένως, ubi tautologiam scriptura ἐξ ἀπιστίας tollas, quam ratam facit fr. 30 τὴν πίστιν ἠκρίβωσεν ἐξ ἀπιστίας [4]) cll. P III 147 ἔδοξεν εἶναι πιστὸς ἐξ ἀπιστίας, Av. 202 sq. καὶ τὴν ἑαυτῶν ἠξίουν ἀπιστίαν | ἔχειν καθ' ἡμῶν πίστιν ἠκριβωμένην, Hex. 1317 τὴν πίστιν ἀντέστρεψαν εἰς ἀπιστίαν. Adde Hex. 337 καὶ καρπὸν ἐντίθησιν ἐξ ἀκαρπίας cl. 662 καὶ κάλλος ἐντίθησιν ἐξ ἀμορφίας. Quae exempla Pisidae artem praestant, qui libenter ex contrariis notionibus orationis lumina adsumit cf. Hex. 886 πᾶσιν γὰρ ὢν ἄγνωστος ἐγνώσθης ὅλοις, — P I 140 et Av. 373 τῆς γραφῆς τῆς ἀγράφου, — Av. 450 ἐντεῦθεν ἦν ἄδηλος ἡ δήλη μάχη, Hex. 1665 πρόδηλος ὢν ἄδηλος — Van. 170 πολλήν τε δόξαν τὴν ἀδοξίαν ἔχει, — P I 161 (ἔτρεψας) τὸ τῆς πλάνης ἄδοξον εἰς εὐδοξίαν, — fr. 41 ἔκαμψαν εὐθὺς τοὺς ἀκαμπεῖς αὐχένας, — Hex. 47 καὶ καρπὸς ἔμφρων ἐξ ἀκάρπου καρδίας, Av. 152 sq. καὶ τὰς ἀκάρπους καρδίας μετειργάσω | καρποὺς ἐνεγκεῖν, — Hex. 157 μετρουμένη γὰρ οὐρανῶν ἀμετρία, Av. 47 sq. τῇ τῶν τοσούτων πράξεων ἀμετρίᾳ | στολὴν παρασχεῖν τεχνικῆς εὐμετρίας (cl. Van. 6 sq.), S 254 στιγμάς τε μετρεῖν καὶ ῥοπῶν ἀμετρίας

---

[1]) Cf. Stud. p. 9 n. 5.

[2]) Cf. praeterea H II 186, R 78, Hex. 34. 836, S 599, Suppl. CVII 31 cl. Hex. 392.

τῷ [2]) τῆς μερίμνης [3]) ἀντεφύσησεν [4]) νέφει,
ἐκλάμψαν [5]) ἡμῖν τὸ πρὸς εἰρήνην σέλας [6]),
ἥκω φέρων σοι τῆς ἐρήμου καρδίας κτλ.

decem versiculis (22—31) missis, quos quidem Quercius [7]) inter σέλας et ἥκω ex Vatic. 166 inseruit:

---

[1]) Vp$_1$ verborum νέφει et φθάσαν sedes mutant, at cf. p. 232 n. 2 supra; de participiorum concursu cf. P II 57 sqq., S 531 sq., Suppl. I 27 sqq.

[2]) Ex V falso τὸ enotavit Quercius.

[3]) Morellus et Quercius τοῦ λογισμοῦ praebent, τῆς μερίμνης Hercher ex A reduxit, quocum codice VTpN aliique libri quos inspexi conspirant; variam lectionem τὰ τῆς μερίμνης ἀντεφυσήθην (sic) νέφη iam Morellus in margine adscripserat, quae memoria ex Paris. 1281 videtur fluxisse, ubi male 18 ἐπὶ pro ἐπεί, 19 φθάσει pro φθάσαν, rectius 20 τὰ τῆς μερίμνης ἀντεφυσήθη νέφη habes.

[4]) In editionem Quercianam casu fortuitoque ἀντεφύσασεν inrepsit.

[5]) De transitiva vocis significatione cf. An. p. 1701 D ὁ δὲ οἷα σιδήρῳ πυρίτης λίθος κρουόμενος τῇ βίᾳ τῆς πληγῆς τοὺς σπινθῆρας τῆς ἀρετῆς πλέον ἐξέλαμπεν, — Suppl. XXIV 2 ἔλαμψας ἐν γῇ τὰς βολὰς τῶν θαυμάτων.

[6]) Καὶ λάμψαν — σέλας N, ἔλαμψεν — σέλας T suppeditant, ubi 21 ante 20 (τὸ τῆς μερίμνης ἀντεφύσησε νέφος) conlocatur; cum T faciunt Taur. 304 (τῷ — ἀντεφύσησεν νέφει 20) et Vindob. Med. 38 (ἐπὶ 18, λόγε pro φθάσαν 19, τῷ — ἀντεφύσησε νέφει 20), tum codices nonnulli, qui aliam contextus rationem praestant: Vindob Theol. 242; v. 18. 19. 20 (καὶ τῷ μερίμνης ἀντεφύσισε νέφει). 21, — Paris. 1302: v. 18. 21. 19. 20 (τῷ τῆς μερίμνης ἀντεφύσησε νέφει), — B: v. 18. 19 (παρῆλθεν ἡ νύξ, ἐκ δὲ σοῦ τοῦ φωσφόρου). 21, — Ottobon. 342: v. 18. 19. 21.

[7]) Idem ex Taur. 304 varietatem ἀσθενοῦντα τοῖς λόγοις 23, ὑπερφυῶς γὰρ 24, ἀφαῖς 29 excitat, ac praeterea post 31 duos trimetros ἡ προγραφὴ δὲ τῶν λαλούντων δρα-

ἀεὶ γὰρ ἡμᾶς τοῖς νοήμασι τρέφεις
καὶ ψυχαγωγεῖς ἀσθενοῦντας τοὺς λόγους·
ὑπὲρ φύσιν δὲ ψηλαφᾶς τὰ τοῦ βάθους [1])
καὶ τῶν φρενῶν τὴν γνῶσιν ἠτονημένην
τῷ σῷ καθαίρεις γνωστικῷ καθαρσίῳ,
καὶ τῷ σοφῷ σου καὶ λαλοῦντι φαρμάκῳ
τὰ νεῦρα θάλπεις τῶν γραφῶν καὶ τοὺς τόνους
ζητῶν τὰ κρυπτὰ ταῖς Γραφαῖς [2]) τῶν δογμάτων,
καὶ τῷ προςηνεῖ καὶ γαληνῷ σου λόγῳ
μυρμηκιῶντας ἐξεγείρεις τοὺς λόγους [3]).

Ultra haec exempla poeta non est progressus: magistri enim artificium ita expolivit, ut omnia vocabula accentu distincta elisione vacare iuberet, in encliticis vero elisionem omnino declinaret, ne praecedens vox cum enclitica cohaerens debilitaretur.

Nonni pedisequum adgnosces in voculae γε elisionem inquirens: sane editiones nostrae contra Nonni usum (cf. Ludwich. p. 20) formam γ' quater suppeditant, sed critica ratione exemplorum recensum agens

μάτων | ἔρως προςευχῆς καὶ θεότρωτος λόγος comparere monet: equidem in eodem libro v. 23 ἀσθενοῦντας repperi, 24 inter 28 et 29 extare observavi, inter 25 et 26 versiculum, καὶ τῆς διόπτρας τὴν ὀπὴν ἀντιστρέφων animadverti, tum lectiones notavi: 22 ἄει m. pr. 23 ψυχαγωγοῖς (ψυχαγωγοὶς m. pr.), 29 ἀφαῖς, 30 προςηνῆ, 31 μυρμικιῶντας ἐξεγειρεῖς τοῦς, suppl. προγραφῇ.

[1]) Equidem versum in Vat. 166 ita suppletum esse vidi, ut inter 28 et 29 verba ὑπὲρ φύσιν δὲ ψηλαφᾶς τὰ τοῦ βάθους conlocanda esse significetur.

[2]) Perperam Quercius codicem legit, ut qui ταφαῖς a m. pr., αφαῖς a m. sec. praebeat; ac scripturam ἀφαῖς vox ψηλαφᾶς (24) vindicat.

[3]) Versus adulterinos iam Morelli editio altera (1618) p. 82 in codice Regio post v. 38 cum hac lectionis discrepantia adiungi refert: 22 αἰεί, 24 ὑπερφυῶς γὰρ (inter 28 et 29), 25 ἠτονημένων, inter 25 et 26 καὶ τῆς διόπτρας τὴν ὀπὴν ἀντιστρόφων, 29 ἀφαῖς, post 31 ἡ προςγραφὴ δὲ τῶν λαλούντων δραμάτων | ἔρως προςευχῆς καὶ θεότροπος πόθος. Morelli vero fontem mihi in N indagasse videor, levem contextus diversitatem (22 ἀεί, 25 ἠτονημένην, inter 25 et 26 ἀντιστρέφεις) ipsius Morelli incuriae adscribendam esse ratus. — Tertia autem recensio in Bignei Bibliotheca Veterum Patrum ⁴VIII (1624) p. 387 sqq. additamento inter 25 et 26 caret (propter v. 15 καὶ τῆς διόπτρας τὴν ὀπὴν ἀντιστρέφει?), tum δογμάτων pro δραμάτων (et θεόπροπος pro θεότροπος) offert, videlicet ex editoris coniectura, quamquam δογμάτων B adgnoscit ab Herchero excussus, verba καὶ τῆς διόπτρας τὴν ὀπὴν ἀντιστρέφεις praeter Vat. 166 etiam T omittit, qui interpolationi locum dat inter 33 et 34, a textu autem Querciano distat v. 23 (τοῖς λόγοις), 24 (ὑπερφυῶς γὰρ - βάθους inter 28 et 29), 29 ἀφαῖς. — Ceterum Hercher rem leviter gessit, cum versus ad codicis B fidem adponens in regione determinanda nullam fontis sui rationem habuit, ubi inter 33 et 34 supplementum comparet, nec melius ei res cessit, cum trimetro καὶ τῆς διόπτρας τὴν ὀπὴν ἀντιστρέφων (inter 25 et 26) recepto versum 15 καὶ τῆς διόπτρας τὴν ὀπὴν ἀντιστρέφει contra libri B fidem (= N et Taur. 304) intactum reliquit.

testes fictos et commenticios subornari, Pisidae vero artem ad magistri arbitrium prorsus adcommodatam esse perspicies, unde coniecturae Hilbergianae fundamentum in Van. 146 (cf. Stud. p. 189 n. 1) subducitur.

Hex. 712 δέον γὰρ αὐτὴν δέρμα σομφῶδές (συμφῶδές mendose Querc.) γ' ἔχειν iam Hercher ex B (σομφῶδες) φέρειν reposuit, quam emendationem MVTpN confirmant; falsariorum officinam retegunt:

in thesi prima Hex. 1203 ἢ γ' Ὀρφέα κρούοντα μυθώδη λύραν,
1291 ἣ γ' ἐξ ἀμόχθων συμπλακεῖσα πλασμάτων,
" " secunda Hex. 1699 αὖθις τό γ' ἐγκρίνωμεν ἠκριβωμένως.

Hex. 1203 γ' fortasse ex suo invexit Morellus, siquidem VTpB hiatum ἢ Ὀρφέα praebent; utut est, versus ad suppositiciam Hexaëmeri particulam pertinet, quam optimo iure MN omittunt (1198—1203):

κύκνον δὲ ποῖος ἐξεπαίδευσε τρόπος
εἰς ἄκρον [1]) ἐλθεῖν μουσικῆς εὐρυθμίας;
ὃς τὴν πτερωτὴν ἐξαπλώσας πηκτίδα
τερπνὴν ξενουργεῖ ταῖς πνοαῖς μελῳδίαν·
καὶ τοῦτον οἶδα θαυμάσαι πολλῷ πλέον
ἢ Ὀρφέα κρούοντα μυθώδη λύραν.

Notabile vero interpolationis indicium T praebet, quippe qui aliam versibus sedem (inter 1249 et 1250) non sine lectionis varietate [2]) adsignet.

Hex. 1291 itidem in spurio carminis supplemento (1286—1292) legitur:

πόθεν ταὼς πρόεισιν ὡραῖος πάλιν,
ὄρνις διαυγὴς καὶ κατάστερος φύσει,
τὴν πορφύραν πτερωτὸς ἠμφιεσμένος;
ἐξ ἧς ἀλαζὼν καὶ τυφώδης τὴν θέαν
μόνος διάττει τῶν ἁπάντων ὀρνίθων·
ἣ γ' ἐξ ἀμόχθων συμπλακεῖσα πλασμάτων
πολλὴν χύσιν ἔμιξεν αὐτῷ χρωμάτων.

Quod iudicium pluribus Hilbergii observationibus ('Wiener Studien' VIII p. 301 et Byz. Ztschr. VIII p. 338) corroboratum praeter B optime comprobant MTN, nec leve momentum V adfert, siquidem accessionem

---

[1]) Recte pro αὔραν correxit Hercher; sed Hex. 1610 πνέοντος αὔραν τοῦ νοσοῦντος ἐσχάτην forma αὔραν Pisidae reddenda est.

[2]) 1199 αὐτὸν pro ἄκρον (sive αὔραν), 1201 μελουργίαν pro μελῳδίαν, 1203 θυμηδῆ pro μυθώδη.

inter 1317 et 1318 inculcat. Ceterum V perinde ac p malum malo sanat, cum ἥτις pro ἥ γ' ἐξ exhibet [1]).

Hex. 1699 Quercii coniecturam τό γ' amplexus est Hercher; Morellus τέ γ' habet, in meis codicibus modo τὲ (VTpN) modo δὲ (M) extat [2]). Per se et αὖθίς τε (P III 313, Av. 198) [3]) et αὖθις δὲ (Hex. 524. 1329, Van. 50) bene admitti potest, sed profecto viam deviam sequimur, si tantummodo singularum vocularum usus examinatur, quamquam ex parvis saepe magnarum rerum inclinationes pendent. Hiatus enim non minus a Pisidae consuetudine alienus haud incommode coniectura αὖθις διακρίνωμεν expleri potest, attamen rei momentum sententiarum nexus facit. Nimirum Dei natura hoc modo 1694 — 1701 enucleatur:

ὁ πανταχοῦ μέν, οὐδαμοῦ δέ, καὶ πάλιν
καὶ πάντα καὶ ἕν· ταῦτα γὰρ συναπτέον,
μήπως ὑπαχθῇ τοῖς κατ' αἴσθησιν τύποις
τὸ ἓν μονωθέν, τῇ δὲ πάντα συνθέσει,
δηλοῦντες αὐτοῦ τὴν ἀπερίληπτον φύσιν,
αὖθις τό γ' ἐγκρίνωμεν ἠριβωμένως,
μήπως τὸ [4]) πάντα σχῇ κακὴν ὑποψίαν
καὶ δῶμεν εἱρμὸν τῇ ῥεούσῃ συνθέσει.

Qui versus exacto iudicio perpensi narrationis continuationem propter v. 1698 sq. misere turbatam produnt. Quodsi lectionis varietate [5])

---

[1]) Accedat codicum Vp varietas: 1286 ὡραϊσμένος (pro ὡραῖος πάλιν cf. p. 248 supra), 1287 φύσις (pro φύσει). 1291 πολλὴν χύσιν om. (sed in V postea ποικιλίαν suppletum est), ἔσπειρεν (pro ἔμιξεν)

[2]) Sine γ', quae particula Nonno prorsus ignota apud Pisidam satis angustis finibus continetur. In carminibus habes: ὡς ἄν γε S 163, Suppl. II 62, εἰ δ' αὖ γε S 268. 284. 298. 318. 405. 427. 461. 686, Hex. 1147, εἰς δ' αὖ γε S 682, μηδ' αὖ γε Hex. 534. 1240, ὁ δ' αὖ γε Av. 112, Hex. 563, τὸ δ' αὖ γε Av. 339, Suppl. CVII 16, τῇ δ' αὖ γε S 301, οἱ δ' αὖ γε Av. 429, τοῖς δ' αὖ γε Av. 396, Van. 195, οὐδ' αὖ γε Av. 255. 513, H II 45, S 432, πῇ δ' αὖ γε H I 29, Hex. 308, S 660, ἐν δέοντί γε P II 181, εἴ γε H II 164, Hex. 72. 829. 1396, S 506, εὖγε Av. 380, S 153. 592, Suppl. II 15, καί γε P III 460, καίτοι γε Av. 320, ὅπως γε P II 323, σαφῶς γε Stud. p. 181, ὥς γε Hex. 589 (Stud. p. 127 not.). Ex vita Anastasii accedant: ἥ γε p. 1705 A (nisi potius εἴ γε legendum cum Esc.), κατά γε p. 1697 A, μήτι γε p. 1696 C. 1712 A, ὅς γε p. 1705 A, πρό γε p. 1681 C. 1692 B, τό γε p. 1692 B, τόν γε p. 1697 C, ὑπέρευγε p. 1701 A, sed p. 1728 A ὃν δὴ pro ὅν γε non solum Esc., verum etiam Laur. suppeditat cf. ὃ δὴ p. 1697 B. 1705 A, cll. οἷα δὴ 1725 B, ὅσον δὴ 1696 C, ἔνθα δὴ 1689 C.

[3]) Cf. etiam καὶ-αὖθις H II 189, Hex. 300, Suppl. XCVI 3.

[4]) Vulgatam memoriam τὰ ex Morelli coniectura correxi cf. 1708 τὸ πάντα καὶ ἕν.

[5]) 1697 ἐν σοὶ pro αὐτοῦ offert T, 1698 ἐγκιρνῶμεν pro ἐγκρίνωμεν pN_2. Mendosa est codicis p scriptura ἠκριβωμένος cf. p. 231 supra.

sermonis contextum neutiquam reparari posse reputamus, optime vero resectis verbis δηλοῦντες — ἠκριβωμένως orationem procedere nobis persuademus, sine haesitatione acrem morbo medicinam opponere debemus, quapropter nullus dubito, quin versus 1698 sq. ex interpolatoris cerebro manarint.

Itaque feliciter quaestionem de particula γε elisa nobis videmur absolvisse[1]), nec iudicii summam forma γοῦν infringit H II 118, S 201. 472, An. p. 1684 B usurpata[2]), siquidem compositionis membra ita coaluerunt, ut γ' in quaestionem minime veniat.

Quae disciplina tetrica magis in aperto est, si voculae τε rationem ducimus: Nonni enim morositatem vincens (cf. Ludwich. Beitr. p. 23 sq.) numquam elisionem poeta noster admisit, unde Bekkeri coniecturam Av. 78 τὴν γῆν <θ'> ὑφέλκων ἐξ ἐκείνης εἵλκετο reiciendam esse sequitur[3]).

Cum τε quadamtenus μήτε, οὔτε, ὅτε societatem coëunt, unde Nonni exempla (cf. Ludwich. Beitr. p. 19 sqq.) explicari possunt, non item Pisidae locus P III 127:

(ὃς οὔτε μητρὸς τῇ φιλοστόργῳ φύσει)
οὔτ' αὖ τοσοῦτον τοῖς τέκνοις ἀνθέλκεται,

itaque tantum abest, ut Herchero adstipuler, qui Hex. 350 sq. καὶ μήτε συνδεθεῖσαν εἰς λύσιν τρέχειν, | μηδ' αὖ παρελθεῖν τοὺς πεπηγμένους ὅρους ex libidine in verborum contextum μήτ' recepit, 733 sqq. ὅπως τὸ πνεῦμα τῶν ὀχετῶν διατρέχον | μήτε στενωθῇ τῆς ὁδοῦ πεφραγμένης, | καὶ πνευματώσῃ καὶ σκοτώσῃ τὴν θέαν | καὶ τὰς ἐπιχύσεις προσπλάσῃ ταῖς ὄψεσι, | μηδ' αὖ ταράξῃ καὶ θολώσῃ τὰς κόρας adnotationem criticam coniectura μήτ' ornavit, ut οὔτ' perperam pro οὐδ' inrepsisse persuasum habeam[4]). Saepius quidem Pisides legitimam particularum μήτε-μήτε (Hex. 315 sq. 498 sq.

---

[1]) Hex. 1618 ὅλον κρατῆσαι τὸν ὑφ' ἥλιον τόπον Morelli editio altera (1618) prosodiae vitium scriptura τόν γ' tollit, qua editoris coniecturam offerri manifestum est; recte tamen Hercher codicis V (= MTpN) memoriam ὅλων — τῶν — τόπων secutus est.

[2]) Cf. Stud. p. 217 n. 4.

[3]) Cf. p. 265 supra.

[4]) Cf. Stud. p. 28 n. 5; de ἤὒτ' cf. de G. P. Nonni sectatore p. 12 (Analect. p. 49). Alia est coniunctionis ὅταν ratio, ubi ὅτε et ἄν ita coaluerunt, ut una vox efficiatur, quapropter praeceptis metricis non repugnant Pisidae exempla, quae quidem semper primum trimetri pedem occupent: P I 62, Hex. 525. 529. 532. 619. 767. 988. 1145 (at cf. Stud. p. 134 n. 5; ceterum N formam ἐπὰν auctori nostro prorsus incognitam offert neque aliunde eadem varietas in tertia Morelli editione fluxit cf. p. 267 n. 3 supra). 1218. 1325. 1361. 1428. 1433. 1841, Suppl. III 31. Adde An. p. 1681 B.

1142 sq. 1715 sq., Van. 132, S 397) et οὔτε-οὔτε (P III 66, H II 148 sq., Hex. 547)[1]) copulationem adhibet, quotiescumque vero elidendi discrimen subiturus est, artis metricae vinculis adstrictus a vulgari ratione deflectere non dubitat cf. Hex. 355 sqq. μήτε[2]) τρέπεσθαι παγγενῶς, καὶ συγχύσεις | ταῖς κοσμολέθροις ἐκτροπαῖς παρεισάγειν, | μηδ' αὖ μένειν ἄτρεπτον, 533 sq. καὶ μήτε πυρσοῖς ἐξατμίζων τὴν δρόσον, | μηδ' αὖ γε τεφρῶν τῇ χαλάζῃ τὴν φλόγα, 1239 sq. ὡς μήτε τοὺς ἔξωθεν ἐκλῦσαι τόνους, | μηδ' αὖ γε τοὺς ἔσωθεν ἀμβλῦναι πόρους, Van. 132 sqq. ὡς μήτε χαύνως μήτε μὴν ὑφειμένως | κινῶν τὰ νεῦρα τῶν ἐν ἡμῖν ὀργάνων | λύσῃ τὸν ἁρμόζοντα τῇ ψυχῇ τόνον, | μηδ' αὖ βιαίᾳ καὶ βαρείᾳ συντάσει | φύρῃ τὰ κοινὰ ταῦτα τοῦ βίου μέλη[3]), S 176 sq. ἄνθρωπε, μήτε κλέπτε τὴν Γραφὴν ξέων, | μηδ' αὖ χαρίζου τῇ Γραφῇ παρεγγράφων, — Av. 253 sqq. ὃν οὔτε χειμὼν καυστικὴν ἔχων ζέσιν | ἔπεισε δοῦναι τοῖς ἀγῶσιν ἀργίαν, | οὐδ' αὖ γε μητρὸς ἐξενεύρωσεν πόθος, | οὐδ' ἀντανεῖλεν αὐτὸν ἔμφυτος βία, fr. 77 sq. οἷς οὔτε δίψης ἐστὶν ἥττων ἡ φύσις, | οὐδ' αὖ κονίστρας ἐνδεὴς ἡ στεῤῥότης.

Manifestam igitur interpolationis notam codicis M varietas αὖτ' ἔρεισμα P II 352 (εἰς δ' ἀντέρεισμα προςβαλὼν ἀνετράπη) habet[4]), nec melius Hex. 895 λέληθε τάξις οὐρανοῖς, ἐν αἰθέρι praepositionis ἐν defectum ante αἰθέρι scriptura ἐν οὐρανοῖς λέληθεν εἴτ' ἐν αἰθέρι sanat T[5]).

---

[1]) Adde P III 286 sqq. ἐντεῦθεν οὐδὲ φόρτον ἐκ κτήνους τότε | καθεῖλεν οὐδεὶς οὔτε μὴν τὴν γαστέρα | τροφῆς ἀνεπλήρωσεν, οὔτε τις γόνυ | κλίνας ἐλαφροὺς τοὺς πόνους εἰργάζετο, ubi οὐδὲ nullam difficultatem parat cf. Hartung, Lehre von d. Partikeln vol. I p. 201. Suspicione vacat etiam μηδὲ-μηδὲ P II 36 sq., An. p. 1708 A. D. 1728 A et οὐδὲ-οὐδὲ P I 224 sq., S 432, Van.$_2$ 27 (cl. οὐδαμῶς-οὐδὲ H II 44 sq.), sed S 502 ὡς μήτε κλέψῃς ἢ νοθεύσῃς ἐξ ἔθους legendum omnino μή τι cf. μή-ἢ Hex. 587, An. p. 1712 B, οὐδεὶς-ἢ P III 71.

[2]) N μήτ' ἐκτρέπεσθαι falso offert. Citra necessitatem μηδὲ ex coniectura Hercher edidit, non dubitandum vero, quin eadem medela S 526 ὡς μήτε τοῖς σοῖς ὠφελεῖσθαι φαρμάκοις egeat.

[3]) Cf. p. 126 supra.

[4]) Accedit quod Pisides αὖ non cum τε, sed cum γε copulat, quae ratio post δ' conspicua est Av. 112. 339. 396. 429, H I 29, Hex. 308. 563. 1147, Van. 195, S 268. 284. 298. 301. 318. 405. 427. 461. 660. 682. 686, Suppl. CVII 16 cf. insuper δ' αὖθις Hex. 583 cl. An. p. 1700 B. — Similis memoriae varietas in codice Vindob. Theol. 242 occurrit, qui αὐτοθουμένη (= αὖτ' ὠθουμένη) pro ἀνθωθουμένη Hex. 114 praebet; attamen liber pessimus aliis eiusdem generis corruptelis scatet e. gr. 48 ἐπ' αἴνους (pro ἐπαίνους), 88 τεθ' ἡκὼς (pro τεθεικώς), 95 ὑφ' ὁρώντων (= ὑφορώντων in versiculo interpolato: προβλεπτικὸν δὲ τὸ γένος ὑφ' ὁρώντων pro προβλεπτική τις εἶπεν ὀξυδορκία), 108 ἐστ' ὡς (pro ἑστώς). Similia menda in Taur. 304 habes Hex. 48 φεύγ' εἰς (pro φεύγεις), 127 εὖρ ἦν (pro εὐρύν).

[5]) Ob eandem causam N οὐρανῶν (superscr. ἐν) offert, τάξις οὐρανοῖς p; cf. tamen Lobeckius ad Sophocl. Ai. 397.

Accedat fr. 2 ποδάλγα, μῆτερ κωκυτοῦ[1]), τί με πλέον, ubi με πλέον, non μ' ἐπὶ[2]) πλέον (cum M) genuinam memoriam repraesentat.

Duo praeterea elisionis exempla in editionibus occurrunt legibus nostris contraria: P II 265 θήγων δὲ τὸν νοῦν τὸν σόν, ἵν' εὐμηχάνως et fr. 161 ὑφίστατ' ἐμπόνους, sed alterum prosodia refellit (cf. p. 126 n. 5 et 221 sq. supra)[3]), alterum totius glossae a Suida excitatae habitu redarguitur (cf. Stud. p. 146).

Quodsi in uno adspectu omnia ponimus, per singulos pedes verba elisa hoc modo dispertiuntur:

	t h e s i s	a r s i s
I	ἀλλ', ἀφ', δ', δι', ἐπ', ἐφ', καθ', μεθ', μετ', μηδ', οὐδ', παρ', ὑφ'.	ἀλλ', ἀνθ', δ'.
II	ἀπ', ἀφ', δι', ἐπ', ἐφ', καθ', κατ', μεθ', μετ', παρ'.	ἀλλ', ἀνθ'.
II a	καθ', κατ'.	— — —
III	— — — —	ἀλλ', ἀντ'.
IV	ἀπ', ἀφ', δι', ἐπ', καθ', κατ', μεθ', μετ', παρ'.	ἀλλ'.
V	ἐπ', καθ', κατ', μεθ', παρ'.	ἀλλ'.

[1]) Scripturam ποδάλγα μῆτερ, Κωκυτοῦ τί με πλέον (δονοῦσα τήκεις;) certissima emendatione correxi: neque enim podagrae epitheton μῆτερ convenit neque a Cocyto Pisides cruciatur, sed podagrae doloribus acrius correptus poeta morbum suum (cf. Suppl. I 24 sqq.) 'eiulatus matrem' adpellat. Cui procul dubio Luciani versus (Tragodopod. 2) Ποδάγρα, πολυστένακτε, Κωκυτοῦ τέκνον obversatur, nec tamen coniectura τέκνον vel θύγατερ (pro μῆτερ) Κωκυτοῦ probabilitatis speciem praestat. Aliter lusit Hedylus Anth. Pal. XI 414 λυσιμελοῦς Βάκχου καὶ λυσιμελοῦς Ἀφροδίτης | γεννᾶται θυγάτηρ λυσιμελὴς Ποδάγρα.

[2]) Et anapaestus et tribrachys quinti pedis in censum venire potest cf. a) P I 193 (γλυκὺ πλέον), 229 (τότε πλέον), II 299 (ἔτι πλέον), III 132 (συνήλγησα πλέον), H II 79 (ἀντερίζουσα πλέον), Hex. 824 (τοῦτο πλέον), S 224 (ἔστι πλέον), Suppl. IV 15 (ἐνταῦθα πλέον) cll. Av. 310, H I 113, R 29. 86, Hex. 725. 738. 1294. 1379. 1716. 1733, Suppl. CII 3; — b) P I 70. 90, II 55, III 260. 379, Av. 280. 307. 409, H I 211, R 56, Hex. 453. 461. 472. 648. 778. 1257. 1447. 1589, S 86. 215. 585. 600. 678, Suppl. IV 136.

[3]) Apud Nonnum Dion. XXI 237 εἰρομένῳ τινὰ μῦθον, ἵν' ἀγγείλω Διονύσῳ optime ὃν reposuit Lehrs apud Ludwichium Beitr. p. 19.

Quin etiam in vita Anastasii eosdem terminos Pisides sibi constituit, extra quos egredi non posset, unde fit, ut praeter ἀλλ' (p. 1681 B. 1684 A. 1693 B bis. C. 1705 C. 1709 A. 1713 B. 1721 B), ἀντ' (p. 1709 A), δ' (p. 1693 B), δι' (p. 1689 A. 1692 B. 1693 D. 1696 A. 1701 C. 1709 A)[1]), ἐπ' (p. 1692 C. 1696 A, nec non 1693 B)[2]), ἐφ' (p. 1681 B. 1692 B. 1693 B. 1709 C. D. 1720 A), καθ' (p. 1688 A. 1689 C. 1724 A. B)[3]), μετ' (p. 1688 A), οὐδ' (p. 1703 A), παρ' (p. 1685 C bis. 1697 B bis. 1700 B. 1701 B. 1705 A. B. 1712 B. 1713 A. 1717 B. 1720 C)[4]) nulla elisionis exempla suppetant[5]); falsissime enim p. 1728 B ὁ δὲ παραδοξότερον ὦτ' ἂν ἀκούειν ἔτι καὶ οἷον οὐ πρότερον legitur, ubi praeterea ἀκούειν ἔτι pro ἄκουέ τι prave ex Laur. enotavit Quercius. Scripsit Pisides ὦ τᾶν, quae quidem lectio in Esc. distincte comparet et glossa marginali ὦ σὺ ἑταῖρε, ὦ μακάριε explicatur.

Haec igitur praecepta bene perspecta ab erroris via commode revocant, quae et nos et alios haud semel transversos egit:

Morelli potius coniecturam quam codicis interpolati memoriam varietas γρ. δ' ἄρ' et γρ. εὑροῦσ' referre videtur in tertia Hexaëmeri editione v. 227 οὐδὲν γὰρ αὐτοῦ τῆς φορᾶς ἀπεκρύβη[6]) et 1326 καὶ δένδρον εὑρεῖν οἰκίαν τεχνάζεται.

Nec melius Hilbergio res cessit ('Wiener Studien' IX p. 221) in fr. 103 sq., ubi Bernhardyi coniecturam εἰ γὰρ τὸ Περσίδος τότ' ἔσβεστο θράσος propter caesurae defectum aspernatus εἰ γὰρ τότ' αὐτὸ Περσίδος ἔσβεστο θράσος temptabat cf. Stud. p. 172; eundem vero incisionis defectum ipse Hilbergius invexit, cum (l. c. p. 219) ex coniectura hos versus cuderet:

S 77 καὶ πνεύματος <μάλ'> εὐσεβῶς δεδεγμένος
et 563 ἀλλ' ἐν βασάνοις <μάλ'> εὐσεβῶς ἠμαγμένους.

---

[1]) De διότι (p. 1693 C) cf. Lobeck. Pathol. Prol. I p. 604; vitiosam scripturam διὸ μὴ pro ὤθημα Hex. 112 offert codex Vindob. Theol. 242.

[2]) Scilicet ἐπ' αὐτῷ pro ἐν αὐτῷ (Querc. = Esc.) recte Laur. praebet; sed p. 1717 B ἐπ' αὐτὸν ὁ μακάριος omni auctoritate ἐπ' destitutum est, quoniam et Laur. et Esc. πρὸς suppeditant. Ceterum p. 1696 A tacite Quercius ἐπ' ἐδάφους pro ἐφ' ἐδάφους (Laur., non Esc.) correxit.

[3]) De καθὰ cf. Lobeck o. l. p. 603.

[4]) De παραυτίκα cf. p. 263 n. 6 supra; p. 1712 B πρὸς pro παρ' exhibet Esc.

[5]) De ὁσημέραι p. 1680 A et 1692 C cf. Lobeck o. l. p. 565 sq.

[6]) Quamquam simul (ibid. p. 435) sincera lectio τὴν φορὰν exhibetur, codicum MVp$_1$BN consensu firmata. Nimirum structura ἀποκρύπτεταί τί τινα ex duplicis accusativi usu (ἀποκρύπτειν τινά τι) manavit; cf. Kuehner-Gerth, ausf. Gramm. § 411, 7 (vol. II 1 p. 326 sq.) et ipsius Pisidae testimonium An. p. 1685 B φιλεῖ γὰρ τὰ μεγάλα τῶν πραγμάτων μηδὲ τὰς μικρὰς ἀκοὰς ἀποκρύπτεσθαι.

Ac priori loco πῦρ in V omissum optime praebet p[1]), v. 563, ubi ἀλλ' εἰς βασάνους εὐσεβεῖς ἡμαγμένους ex V Quercius edidit, correctoris scriptura (ἐν βασάνοις εὐσεβῶς) adscita legendum videtur: ἀλλ' ἐν βασανισμοῖς εὐσεβῶς[2]) ἡμαγμένους.

Ipse poetae arte melius intellecta lectiones quasdam retractare et in irritum vindicare cogor, quas olim carminibus ex M protractis inculcare non dubitaveram:

Suppl. III 79 ἤκ' pro ἣν falso inrepsit; ac nunc corrupta versuum memoria ita videtur constituenda esse (76 sqq.):

ὁ γὰρ πλάτος σοι καρδίας δωρούμενος,
ὡς πᾶσιν ἀρκεῖς μηδαμῶς στενούμενος,
δείξει κυβερνᾶν καὶ τὰ νῦν ἐκ τῆς ζάλης
πρὸς τὴν γαλήνην, ἣν ἔχεις, τὰ πράγματα.

Nimirum v. 77 ἀρκεῖς pro ἀρκεῖ coniecturam στενουμένη pro στενούμενος supervacaneam reddit: similiter enim Heraclius ipse prodit P I 122 quasi φροντὶς ἀρκέσασα τοῖς ὅλοις μία, Av. 306 ὡς εἷς λογισμὸς ἀντὶ πάντων ἀρκέσας[3]), — v. 78 pro κύβερνον infinitivum κυβερνᾶν ex δείξει suspensum[4]) effeci, unde verba καὶ τὰ νῦν vocis 'etiamnunc' notionem induunt (cf. P II 103 ἐφ' ᾧ πεποιθὼς καὶ τὰ νῦν ἀφιγμένος, Suppl. LXXXIX 1 τὴν γῆν κατάρδεις καὶ τὰ νῦν τοῖς αἵμασι). Optime vero locutio ἣν ἔχεις animi serenitatem[5]) Heraclii propriam denotat cf. P I 79 sq. τὴν ψυχικὴν μόρφωσιν, ἣν ἔχεις, ὅλοις | προςθεὶς Hex. 81 sq. ὢ τὴν ἀνεξεύρητον, ἣν ἔχεις, φύσιν | κρύψας cll. Hex. 369 sq. τίς τὸν μέγιστον

---

[1]) In eadem versus sede πῦρ comparet S 31 καὶ βαρβάρων πῦρ δυςσεβῶς ἀνημμένον.

[2]) De εὐσεβῶς cf. H I 197 ἱδρῶσι τοῖς σοῖς εὐσεβῶς ἡμαγμένη, vocem βασανισμὸς Pisides Sanctae Scripturae (cf. Schleusner Lexic. in N. Test. vol. I p. 433) sublegisse putandus est; in vita Anastasii βάσανος usurpatur p. 1720 B et 1728 A.

[3]) Cf. praeterea Hex. 228 (de sole) ἀρκεῖ δὲ πᾶσι, nec diversa est oxymori structura Hex. 903 sq. (de Deo) ἡ σὴ γὰρ ἀκτὶς μηδαμοῦ χωρουμένη | εἰς πάντα χωρεῖ μηδαμοῦ στενουμένη, rationem, qua πλάτος et στενούμενος sibi invicem opponuntur, inlustrant P I 50 τὸν νοῦν πλατύνας ἐν στενώσει πραγμάτων, Av. 443 δοκοῦντες ὥςπερ ἐστενῶσθαι τῷ πλάτει, S 496 sq. ἐβουλόμην δὲ πᾶν τὸ τοῦ λόγου πλάτος | ἐν τῷ στενῷ σου προςβαλεῖν τελωνίῳ cl. Hex. 1867 sq. πλάτυνον αὐτοῖς τὰς πρὸς εἰρήνην πύλας, | στένωσον αὐτοῖς τὰς ἐπαχθεῖς φροντίδας. Aliis verbis exprimuntur notiones contrariae Hex. 156 ἔξωθεν αὐτὸς τῷ πλάτει σου (cf. p. 258 not.) σφίγγεται et 1733 sq. ὅσον προκύπτει τῆς ἀβύσσου τὸ πλάτος | πάσχουσι μᾶλλον συστολὴν ἐν καρδίᾳ.

[4]) Cf. p. 133 n. 2.

[5]) Cf. Van. 192 σοφῷ δὲ σιγὴ καὶ γαλήνη καρδίας, ubi nihil mutandum esse iam p. 190 n. 1 monui cf. Hex. 1164 εἰς τὴν γαλήνην προςρυῶσι τῶν λίθων et S 92 ἢ τῇ γαλήνῃ προστεθῇ τῶν δογμάτων. Adiectivum γαληνὸς in interpolata particula (cf. p. 266 sq.) Hex. 30 καὶ τῷ προςηνεῖ καὶ γαληνῷ σου λόγῳ comparet.

οὐρανὸν τοῦτον βλέπων | καὶ τὴν ἀεικίνητον, ἣν ἔχει, βίαν, — P III 283 sq. ἀλλ' ἕκαστος, ἣν εἶχε, σκέπην | οὕτως ἀφῆκεν, — R 22 σώζων ὁ χρυσός, ἥνπερ εἶχεν, εἰκόνα, Hex. 1346 πρὸς ἥνπερ εἶχεν οὐσίαν ἀναστρέφει.

Suppl. VI 2 Ἡρωδιάς <σ'> ἔδειξε παίγνιον πότου labanti metro vocula σ' succurri posse olim putaveram, nunc vero palinodiam canens <κατ> έδειξε propono, quamquam nescio an ultima syllaba nominis proprii producta ferri possit[1]).

Suppl. C 6 νῦν με φθαρέντα ἐξανέστησε λόγῳ hiatus quidem scriptura νῦν καὶ φθαρέντα μ' ἐξανέστησεν λόγῳ tollitur, sed propter μ' de calcaria in carbonariam pervenimus. Magis igitur sententia adridet, ἐξανέστησεν pro νεκρὸν ἤγειρεν[2]) a correctore substitutum esse, cui loquendi ubertas φθαρέντα νεκρὸν fucum faceret cf. tamen R 52 sq. πολλοὺς δὲ νεκροὺς τῇ φθορᾷ τετηγμένους[3]) | ἐκ τῆς σκοτεινῆς κοιλίας ἐρεύγεται, neque alio sensu Lazari resurrectionem verbis τετραχθόνευτον ἐξανέστησεν νέκυν (fr. 7) poeta expressit cf. R 36 sqq. λόγῳ δὲ νεκρὸς τετραήμερος τρέχει | καὶ συλλέγονται τῶν μελῶν αἱ συνθέσεις[4]) | πρὸς σῆψιν ἤδη τοῦ νεκροῦ νενευκότος.

Nec Suppl. II 111 ὅλη συνῆλθεν εἰς ἑαυτὴν ἡ πόλις in adnotatione critica εἰς ἀνάκτορ' temptari debebat; optime enim pro ὁμοῦ Pisides εἰς ἑαυτὴν dixisse censendus est cf. Hex. 615 sq. καὶ συλλαβὰς μὲν ἐμφρόνως

---

1) Sed S 551 ἢ τὴν κόνιν μὲν εἴασε (εἴασεν Hilbergius IX p. 218) καὶ συστρέφει praeter prosodiam (cf. ἔασον 656) ipsa sententia offendit, quae quidem ἔσπασεν (vel εἵλκυσεν) videtur flagitare. Idem verbum sensu caret praeterea S 557 εἴας δὲ τῆς νῦν συγκροτουμένης δίκης (ἄλλος παρέστω τῶν ἀληθῶν μαρτύρων), quo loco Quercii versio '*sinas* autem, ut bene nunc concitata causa alter accedat ex veris martyribus' rationi grammaticae vim infert. Attamen codex unicus V non εἴας, sed εἰας praebet omissa littera initiali, quae in nova sectione rubro explenda erat, id quod factum esse videmus S 1. 9. 17. 34. 47. 56. 69. 72. 95. 112. 130. 136. 158. 176. 189. 204. 216. 240. 255. 272. 275. 286. 298. 343. 376. 393. 415. 427. 437. 461. 478. 496. 517. 542. 576. 597. 617. 647. 654. 663. 677. 691. 706. 717. Cuius negligentiae duo exempla in V recurrunt Hex. 1250 ἰς (pro τίς) et 1293 οἷος (pro ποῖος); adde Stud. p. 251 n. 2. Hinc igitur genuina memoria <θ>είας emergit cf. S 559 πρὸς τὰς ἀγωγὰς τῆς θεοκρίτου δίκης cl. P III 254 βλέποντες εὐφραίνοντο τῇ θείᾳ κρίσει, Av. 431 οὕτως ἀπηκρίβωσεν ἡ θεία κρίσις, Hex. 828 τὸ τοῦ σκότους κάτοπτρον, ἡ θεία κρίσις. Falso tamen Av. 188 sq. μήπως κατασπασθεῖσα τῷ θείῳ βάρει | ἡ κοσμικὴ ναῦς ζημιώσῃ τὸν βίον huc trahit temeraria Quercii interpretatio: 'ne deturbata *gravi dei indicio* mundialis navis subiret vitae periculum, ubi θείῳ corruptela laborat, quam coniectura δεινῷ commode sanat.

2) Cf. S 636 νεκροὺς ἐγείρει cl. Anthol. Didot. vol. III p. 423 (IV 126, 1) ὥσπερ λόγῳ Λάζαρον ἤγειρας, Λόγε.

3) Cf. p. 140 n. 2 supra.

4) Cf. Stud. p. 116.

τὰς οὐσίας | τὰς εἰς ἑαυτὰς συντεθείσας ἐκμάθῃ, S 426 ἐξ ὧν συνῆλθον εἰς ἑαυτὰς αἱ φύσεις cl. Hex. 399 ἀλλ' εἰς ἑαυτὴν ὑπτίως ἀνατρέχει.

Quodsi elisionis termini constituuntur apud Pisidam, septem versus invenimus bifariam detractione affectos:

P I 44 ἐφ' οἷς δι' ἡμῶν ζημίαν ὑφίστασαι,
191 ἀλλ' εὐθὺς ἐλπὶς καὶ παρ' ἐλπίδα φθάσας,
Hex. 357 μηδ' αὖ μένειν ἄτρεπτον, ἀλλ' ἔχειν ὅρους,
902 δι' ὃν τοσαῦτα καὶ μεθ' ὃν παρατρέχει,
1889 λάλει δι' αὐτοὺς τῷ Θεῷ καθ' ἡμέραν,
S 53 ὡς ἂν δι' αὐτοῦ καὶ καθ' ἡμῶν ἡ πλάνη,
Stud. p. 28 n. 5 οἱ δ' αὖ κατ' αὐτὸν εἰςβαλεῖν τὸν Χοσρόην.

Cum hiatu elisio consociatur Hex. 897 καὶ τῷ πρὸ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτόν, εἰ θέλεις. ipse vero hiatus non minus angustis finibus circumscriptus est, cum vocalium concursus tantummodo post monosyllaba πρό, καί, ὁ, τὸ admittatur, quae suopte pondere levia et invalida cum proximis cohaereant:[1])

Hex. 1298 ὅτι πρὸ αὐτῶν τῆς στολῆς ἡ λαμπρότης, —
H II 109 σαυτὸν παρασχεῖν τοῖς πρὸ ἄστεος[2]) τόποις,
Hex. 247 τὸ φῶς γὰρ αὐτὸς καὶ πρὸ ἡλίου βρύεις,
1835 τὸ πατρικὸν φῶς, τὸ πρὸ ἡλίου σέλας, —
R 13 καὶ εἷς ὁ αὐτὸς καὶ κατάρχει τῶν ἄνω, —
Hex. 1695 καὶ πάντα καὶ ἕν· ταῦτα γὰρ συναπτέον,
1708 τὸ πάντα καὶ ἓν καὶ τὸ μηδαμοῦ πάλιν, —
1697 τὸ ἓν μονωθέν, τῇ δὲ πάντα συνθέσει.

Duplicis hiatus unum exemplum (R 13) extat, falso enim Morelli editio altera (1618) Hex. 444 pro versu ληστὰς δικαιοῖ, σπένδεται κατακρίτοις trimetrum καὶ τοὺς ἀδίκους δικαιοῖ, εἰ εὕροι λαβὴν proponit, sive ex coniectura sive ex interpolato codice haustum. Pisidae enim ars hiatum non adgnoscit nisi in vocabulis, quae quidem per se infirma in sequentibus innitantur, quae lex a Morello et Quercio haud semel in Hexaëmero violata est:

1) Vers. 20 τῷ τοῦ λογισμοῦ ἀντεφύσησεν νέφει, ubi τῆς μερίμνης genuina est memoria cf. Stud. p. 266. Quodsi tradita notio necessaria

---

[1]) De Van.₂ cf. Analect. p. 48 (sive de G. P. Nonni sectat. p. 11); adde Suppl. XCVI 1 χαῖρε Θεοῦ μῆτερ· τὸ γὰρ ἔσσεται, ὡς ἀγορεύω et XCIX 1 σταυρὸς ἐγὼ κόσμοιο φύλαξ πέλω ἤματα πάντα.

[2]) Cf. p. 239; formulam πρὸ ἄστεος (cum hiatu) admisit etiam Nonnus, Homeri exemplum secutus cf. Lehrs Quaest. Epic. p. 262 et 284.

foret, poeta ad hiatum vitandum aptissime formam τῶν λογισμῶν adhibuisset cf. P I 11. 45, II 248. 290, III 221. 308. 360. 378, Av. 99. 210. 292. 303. 319, H I 95, Van. 111, S 723, Suppl. XCII 1. Nimirum interpolatio ex S 389 τὰ τοῦ λογισμοῦ συνταράττουσιν νέφη originem traxit.

2) 290 κόραις ὁμοίως συγχορευούσαις ἅμα Morelli editio secunda κόραι exhibet, sed fortasse operarum mendum latet.

3) 312 καὶ θερμὸν ὑγρῷ συμπλέκει ὁδοιπόρῳ optime Hercher ex B (= MVTpN) συμπλέκεις adsumpsit, simul cum κιρνᾷς-αὐτὸν ad v. 311 κιρνᾷ γὰρ αὐτὰς τῷ πρὸς ἀέρα δρόμῳ [1]).

4) 499 μήτε θρασὺν (sive potius θράσος) τύραννον ἐπτοημένων Morelli editio tertia varietatem κλοπὴν τυράννου in margine ponit, at cf. p. 253 n. 1 supra.

5) 1050 (τίς ἐμφυτεύσας τῷ διαυγεῖ λαμπτῆρι) σπινθῆρα λευκόν, ἑρπετὸν ποιεῖ σέλας Morelli glossa marginalis γρ. λευκῷ ἑρπετῷ et foedum hiatum invehit et sententiam corrumpit, quae ab omni suspicione remota est [2]).

6) 1159 ἄλλας δὲ ποιεῖν ἀντισυνθέτους, ὅπου Morellus ποιεῖ absque ulla auctoritate edidit, nec ipsa editoris versio (aliasque construere scrobes contrarias) formae illi favet [3]).

7) 1223 τὸν σῖτον ἁπλοῖ ἐξ ἐνύγρου πυθμένος sinceram lectionem ἁπλοῖς Hercher ex B recepit, quocum MVTN faciunt.

8) 1286 πόθεν ταὼς πρόεισιν ὡραῖος πάλιν Quercii lectio πρόεισι nihil valet, quandoquidem et codices et Morellus in πρόεισιν consentiunt.

9) 1684 ἐνθεὶς δὲ ταῦτα τῇ τέχνῃ τῇ ἀρρήτῳ ultimo pedi de hiatu securus medelam ἀρραγεῖ a. 1618 admovit Morellus, sed nodum in scirpo quaerere non est opus, cum totus versus ex interpolatione manarit (cf. p. 216 n. 5), qua ratione etiam versus ἢ Ὀρφέα κρούοντα μυθώδη λύραν (1203) et αὖθίς τε (sive αὖθις δὲ) ἐγκρίνωμεν ἠκριβωμένως (1699) recipiendos esse supra vidimus (p. 268 sq.). Nec levis imposturae suspicio mihi incidit, quotiescumque in Suppl. C. 5 sq. incido: τὸ ὡσαννὰ κράζοντες

---

1) Αὐτὸν etiam Morelli margo praebet, libri manuscripti memoriam (= MT) praeterea nota: 'γρ. ὁδοιπόρον' referre videtur, quae quidem lectio poetae nostro maxime convenit cf. Hex. 1135 τὰ ξηρὰ ῥευστοῖς ἐξεφόρτωσεν βάρη et An. p. 1681 C ὅ τε μείζων τῷ ἐλάττονι κάλος, ὅ τε μακρὸς τῷ βραχεῖ λόγος ἐλέγχεται. Sed Hex. 1587 τὴν ξηρὰν ὑγρῷ στοιχειώσεις αἰθάλην equidem interpolatoris fetum adgnoscendum esse mihi persuasi et duobus prosodiae mendis fisus et codicum Vp scriptura συμπλέξεις (pro συμπλέξας) 1586 impulsus, qua recepta commodissime Pisidae orario fluit.

2) Hinc scripturae varietas ἄσπετον (Vp₁) vel ἑρπετῶν (N) in censum omnino non venit.

3) Infinitivum iam editio Commeliniana (1596) poetae reddidit.

ὡς εὐεργέτῃ | νῦν με φθαρέντα ἐξανέστησε(ν) Λόγῳ, ubi pro virili parte Stud. p. 36 n. 4 et p. 275 Pisidae artem redintegrare studui. Quae suspicio in epigrammatum seriem numeris C et CVI inclusam cadit; unde inanem laborem in his versibus perpoliendis mihi suscepisse videor: C 4 ὦ παῖδες ὕμνους προσάγουσι τοῖς κλάδοις, CI 2 πύλας πετάσας εἰσδέχου τὸν Δεσπότην, CII 2 ἄνω μετῆλθεν εἰς ἀπάτην τοῦ γένους, 4 τοσοῦτον ἡμᾶς προλαβὼν ἀνείλκυσεν, 8 ὅθεν μύουσι[1]) τοὺς ποιμένας τὸ θαῦμα, CIV 3 Ἀδὰμ φέρων σὺν Εὔᾳ πρὸς ζωὴν πάλιν, CVI 4 πάσης γαίας δὲ τοὺς φόρους συνεισάγων.

10) 1898 τὸ τοῦ Θεοῦ δὲ[2]) πνεῦμα πρὸς φυσῶν ἔχων in margine ἐκ coniecit Morellus. Attamen corruptelam editorum culpa obtrusit, qui commodissima librorum memoria προσφυσῶν[3]) neglecta importunam sententiam 'ac spiritum effundens *sacris e follibus*' (Mor.) sive '*pro follibus* utaris spiritu divino (Querc.) inculcarunt. Vertendum omnino: spiritum divinum tibi *adflantem*[4]) habens.

Codices V et L male lecti trimetros ἀταξίας γέμοντα ἡμελημένης P II 45 (cf. Stud. p. 7) et οἱ βάρβαροι δὲ[5]) ὑπερβαλόντες τῇ πόλει fr. 39

---

[1]) Nihil μῦ offendit cf. Ellendt-Genthe Lexic. Sophocl. p. 462; adde συμμύει Hex. 875. Anceps est syllaba in μύει Hex. 765, μύων Suppl. I 115, μύουσα Hex. 1508, μύοντες ibid. 1316.

[2]) Δὲ fortuito apud Quercium excidit, quam lacunam vocula σοι perperam explebat Miller ad Philen vol. II p. 99 n. 1.

[3]) Προσφυσοῦν MN, quae mendi ratio saepius comparet cf. Hex. 1604 καὶ σφίγμα σαρκὸς γίνεται λωβουμένης, ubi recte λωβωμένης correxit Hercher, quamquam λωβωμένοις cum M videtur praestare, — S 180 φεῦ τῆς ἀναιδοῦς συλλαβῆς συλουμένης, quo loco συλωμένης reponendum esse docet R 45 ὀδύρεται δὲ τῶν τάφων συλωμένων. — Similiter Hex. 1309 κατηγορεῖ δὲ πυκνὰ τῶν πλανουμένων ex B (=MTpN) πλανωμένων emendavit Hercher cf. πλανᾶσθε καὶ πλανᾶτε An. p. 1697 B, πλανωμένας P III 290, πλανωμένως H II 125, συμπλανωμένας P III 164, συμπλανώμενον H II 54, tum R 23 παρῆλθεν ἡ νὺξ τῶν πλανῶν μὲν λόγων, ubi Hilbergii coniecturam (IX p. 215) πλανωμένων codices MVTp firmant.

[4]) Cf. P II 176 θᾶττον διδάξας εἶχες ηὐτρεπισμένους, 206 ἐπεὶ γὰρ εἶχες οὐδὲν ἠμελημένον. 252 τὸ πῦρ ἐκεῖνος εἶχε προσκυνούμενον, 349 λογισμὸν εἶχεν οὐδαμοῦ βεβηκότα, 372 τὴν πρὶν σεβαστὴν εἶχε δυσσεβουμένην, III 45 τὰς δὲ παρατάξεις εἶχε μὴ κινουμένας, 162 συναστατούσας εἶχε καὶ τὰς ἐλπίδας, 164 (τὰς ἐκβάσεις) καὶ τοῖς λογισμοῖς εἶχε συμπλανωμένας, 363 (εἰ τὰς ἐν ἄστροις ὁ Πτολεμαῖος ἐκβάσεις) καὶ πρὸς τὸ μέλλον εἶχεν ἠκριβωμένας, Av. 232 εἶχες γάρ, εἶχες συμφρονοῦσαν παρθένον cl. 441 γλύψας γὰρ εἶχεν ἐσκυφωμένα σκάφη.

[5]) Lapsu, ut videtur, in Mignei editionem S 660 πῇ δὲ αὖ γε inrepsit, ubi δ' Quercius cum V (= p) offert; ridiculus autem error Hex. 529 ὅταν προβάλλῃ μετὰ ἀναγκαίους φόβους et 571 καὶ πνευματοῦσα μετὰ ἐνογκώδεις (l. ἐν ὀγκώσει cum MVTpN et Morelli margine cl. Hex. 994 ἔχρῃν γάρ, οἶμαι, τὰς ἐν ὀγκώσει φύσεις) λόγους deprehenditur, siquidem μετὰ pro τοὺς ex compendio editionis Quercianae male intellecto

(ibid. p. 128) procrearunt, in iudicii vero discrimen non veniunt testimoniorum vitia sicuti ὄμμα ἄγρυπνον in novo fragmento apud Georgidam (cf. p. 188 n. 2 supra) vel scripturae adulterinae e. gr.[1]) R 95 οὐ γλῶττα χαῦνος, οὐ διάρρυτος γέλως, ubi T[2]) χαύνη[3]) offert[4]).

Vocalium concursum in trimetris studiosissime vitans, cum ab elisionis perfugio excluderetur, Pisides eo adductus est, ut contra Nonni usum (cf. Lehrs, Quaest. Ep. p. 259) crasis regionem amplificaret: hinc igitur licentiae exempla praecipue post καί, πρό et articuli formas (τό, τοῦ, τά) occurrunt cf. κἀγὼ Suppl. III 89, fr. 105[5]), κἀκεῖθεν H II 79, S 329, κἀκεῖνος H II 189, κἄλλος (sive potius κἆλλος) fr. 4[6]), κἀμοὶ Av. 413, Suppl. XC 4, κἂν (= καὶ ἂν) Hex. 72. 1152[7]), S 464. 566; (= καὶ ἐὰν) P I 96, H I 5, II 19. 132, Hex. 832. 1016. 1380.[8]) 1387.

---

fluxit, quae ratio etiam de S 22 οὐκ ἦν μὲν εἰκὸς τούσδε μετὰ λόγους λέγειν et 68 τρέφουσιν αὖθις μετὰ τραχήλους ὡς ὄφεις valet.

[1]) Adde ἢ ἰτομωτάτῳ (sic) pro ἢ τομωτάτῳ (Hex. 37) in Vatic. 1281, καὶ τοῦ ἐναντίοις pro ἐν τοῖς ἐναντίοις (113) in Vindobon. Theol. 242, εὖ ἥξει pro εἰλίξει (134) in Taur. 304, ἐν αὐτῇ (cf. p. 233 n. 1) ἀντιπλεύρων pro ἑαυτῆς ἀντιπλεύρων (1032) in N.

[2]) Etiam altera eiusdem libri scriptura διάῤῥυτος reiectanea est cf. Hex. 572.

[3]) Cf. Lobeckius ad Sophocl. Ai. 224. Ob eandem causam Pisides Av. 379 κομψευτὸς (κόμφευσος equidem ex V enotavi) αὐτοῖς ἡ δίκη καθίστατο formam κομψευτὴ respuisse putandus est.

[4]) In versuum confiniis hiatus nullam offensionem parat, quapropter ne paragogica quidem littera necessario requiritur: contrariae rationis praeceptum ad Erot. Gr. vol. II p. XVI traditum merito retractavit Hercher in Praef. ad Hexaëm. 1521 (1536 Qu.) p. XLIV. Quod praeceptum etiam in An. cadit, ubi auctor vocalium concursum cancellis non circumscripsit.

[5]) Hex. 568 καὶ κτίσμα χαῦνον παιδικῶν ἀθυρμάτων perperam παιδιῶν κἀθυρμάτων exhibet p cf. Suppl. IV 62 ἐν ἁπλότητι παιδικῶν ψελλισμάτων, — R 77 οὐ τέρψις ὑμῖν παιδικῶν ἱπποδρόμων cl. Suppl. IV 70 καὶ παιδικὴν μὲν οὐδαμῶς λύπην ἔχει. — Hex. 302 καὶ τῶν ἀδήλων ἐξεγείρεται τάφων de κἀκ cogitare noli cf. Theodorus Prodromus Galeom. 267 οὐδεὶς θανόντας ἐξεγείρει τοῦ τάφου.

[6]) Κἄλλος Quercii interpretatio innuit: 'mihi quidem iam nulla *species* eo erit in loco', attamen manifesto poeta podagram ita loquentem (cf. Suppl. XC 3 sq. et C 3 sq.) facit: 'mihi (de dativo cf. Thesaur. vol. V p. 170 C) quidem (scil. te mortuo cf. fr. 3 μνῆμα σὸν λύσει πόνον) *alius quoque* locus non deerit (quo me conferam), sed quamdiu vives, tibi adsum.

[7]) Οὕτω τι συμπέφυκε κἂν τοῖς ὀρνέοις, sed codicis T varietas κἂν (= καὶ ἐν) in versu spurio (cf. Stud. p. 134 n. 5) defendi potest. Ceterum Morellus, qui v. 1152 sq. (ex N?) particulae adulterinae 1136—1151 in editione altera (1618) adnexuit, in tertia Hexaëmeri recensione (1624) καὶ pro κἂν promit. — Κἂν significat praeterea Morelli lectio marginalis κἂν (sic) τῷ μέσῳ pro ἦν ἐν μέσῳ Hex. 658.

[8]) Ῥυὲν τὸ σῶμα, κἂν σαπῇ κεχωσμένον, ubi interpolationem καὶ (sic etiam T) ταφαῖς N_2 praebet.

1447. 1448. 1454. 1502.[1]) 1530. 1870. 1878, S 127. 211. 277. 295. 303[2]) 515. 680, Suppl. IV 48. 135, LII 1[3]), κἀνθάδε P II 343, κἀνθρώπων Suppl. LXXXVII 2, κἀνταῦθα P III 48, κἀντεῦθεν P III 424, Hex. 286. 325. 561. 1638, S 145. 320, κἀντιστρέφων P II 312, κἄτολμος P III 43, καὐτὰ P III 311, καὐτῆς Hex. 797, καὐτὸν P III 355, καὐτοὺς P I 205, III 229, — προὔθηκε Hex. 485, προὔθηκεν Hex. 829, προὔχοντα Hex. 968, — ταὐτὸ P I 207, II 69, Suppl. IV 15, ταὐτὸν Hex. 1396, S 481, τοὐναντίον P I 170, II 157, Hex. 223. 469. 1420, Van. 58. 229, S 424, — τοὐναντίου P I 116, III 226, Hex. 705, — τἀναντία P II 240. 338, ταὐτὰ Hex. 575 (ex nostra coniectura pro ταῦτα, cui lectioni Hercher tacite ταὐτὸ substituit[4]). Neque aliter in vita Anastasii se gessit Pisides cf. κἀγὼ p. 1697 B bis, κἀκεῖσε p. 1729 A, κἀνταῦθα p. 1688 A. 1716 C, — προὐκάθητο p. 1700 B[5]), — ταὐτὸν[6]) p. 1693 B. 1701 A[7]).

Hoc praeterea nomine laudandus est Pisides, quod in pedibus solutis adhibendis certos fines terminosque sibi constituit:

---

[1]) Ὁ μᾶλλον ἐγγύς, κἂν πέφυκεν ἄγγελος, quo loco καὶ prave offerunt MN_2.

[2]) Ex emendatione nostra cf. p. 253 supra.

[3]) Sed Van. 155 sq. πρὸς ὕψος ἦρται, καὶ πλέον τοῦ Περσέως | κἂν μὴ πτεροῦται, καὶ φονεύει Γοργόνας vox κἂν omnino poetae eximenda est, siquidem codices mei ad unum omnes (MVTLp) rectissime ἄνω pro κἂν μὴ suppeditant. — Codicis M memoriam κἂν pro ἂν (sive potius γὰρ cum VTLp) in Van. 146 ὅσον ἂν ἀρθῇ πᾶς ὁ τοῦ τύφου σάλος Stud. p. 189 n. 1 reiciendam esse docui; ibid. 201 ἄλλους ὁ πλοῦτος ζημιοῖ τῇ προςθέσει pessime interpolatus est T: ἄλλοις ὁ πλοῦτος κἂν (sic) μειοῖ τῇ προθέσει eiusdemque farinae est scriptura κἂν pro τόν, quam Van. 245 τὸν φορτικὸν χιτῶνα τοῦ τύφου φέρει codex Ottobon. 324 exhibet.

[4]) Trimetro interpolato (cf. p. 216 n. 5) Hex. 1684 ἐνθεὶς δὲ ταῦτα τῇ τέχνῃ τῇ ἀρρήτῳ olim ('Wiener Studien' VIII p. 298) medelam ἐ. δὲ τ. πάντα τἀρρήτῳ τέχνῃ admoverat Hilbergius, 850 ἢ πῦρ κατάξει καὶ κρεμάσει τὴν δρόσον idem vir doctus (ibid. p. 302) minus feliciter κἀνακρεμάσει (pro καὶ κρεμάσει) temptabat.

[5]) Nulla crasis, nisi contractionem dicere malis, in προεκήρυττεν p. 1693 C, προέπεμπεν p. 1716 A comparet, sed p. 1716 A non προετέτακτο, sed προςετέτακτο Laur. praebet, quocum Esc. conspirat. Ex carminibus facit huc προεχθὲς Suppl. I 18 cf. Lobeckius Pathol. Prol. I p. 621.

[6]) P 1701 A forma ταὐτὸν ad evitandum hiatum necessaria est, p. 1693 B nulla re cogente usurpatur; eadem est ratio inter Hex. 1396 et S 481, cum ταὐτὸ ubique metri ratio vindicet. Nec tamen litteram paragogicam ante consonantes adtrectandam esse similis formae τοσοῦτον usus (cf. Stud. p. 31) ostendit, quocum τοιοῦτον conferri potest, non solum ante vocalem (H II 19), sed etiam ante consonantes obvium An. p. 1697 A. 1701 B (in Esc.) 1712 (in Laur.).

[7]) Communis sermonis consuetudo in θάτερος (An. p. 1688 A), θατέρου (S 424. 627), θάτερον (S 627), ταυτότης (Hex. 1344), ταυτότητι (P III 133, Hex. 306, S 690), ταυτότητα (S 168), ταυτοτρόπως (Suppl. XXIV 3) expressa est.

Tribrachos admittit Pisides in pede primo, secundo, tertio, quarto[1]) cf.

I)[2]) P II 114. 257, Hex. 878.[3]) 889. S 544;

II)[4]) P I 58, II 33. 165. 284.[5]) 333[6]), III 176, Hex. 284. 415.[7]) 438.[8]) 448.[9]) 449. 620. 670. 736. 775.[10]) 1042. 1786, S 169.[11]) 311. 659, Suppl. I 11, II 65[12]), IV 86, LXV 3, LXXXIV 2, fr. 95. 131[13]);

III) P II 19[14]), Hex. 1671[15]), Suppl. II 3. 27;

---

[1]) De quintae arsis solutione ποδάλγα, μῆτερ κωκυτοῦ, τί μ' ἐπὶ πλέον (fr. 5) cf. Stud. p. 272 n. 2.

[2]) Seclusi Suppl. I 103 (εἴπερ βαστάσαι) ἀδύνατον ἀσκὸν τοῦ τοιούτου (l. τοσούτου cl. 48) φορτίου, siquidem traditam scripturam δυνατὸν in <οὐ> δυνατὸν commutandam esse censeo.

[3]) Ὅσον ἀτενίζει, καὶ κόρας ἀμβλύνεται cf. Stud. p. 247.

[4]) Consulto omisi fr. 111 κρατῶν ἐνὶ μάχαις καὶ κατηγῶν ἐν μάχαις cf. p. 160 supra. — Hex. 1180 τίς τοὺς ἀράχνας λεπτοδακτύλους πλάσας Morellus a. 1618 οὗτος pro τοὺς exhibuit, unde aut tribrachys aut anapaestus in secundo pede evadit, attamen οὗτος Pisidae consuetudo refellit cf. Hex. 913. 915. 919. 921. 926. 928. 929. 936. 1005. 1009. 1030. 1046. 1049. 1054. 1062. 1087. 1098. 1113. 1123. (1136) 1165. 1233. 1250. 1336. 1347. 1644. 1648. 1652.

[5]) Καὶ τὸν παραβάτην παραβαλὼν πλασμῷ ξένῳ cf. p. 109 sq.

[6]) Ἀλλ' ἐξ ἀπορίας εἰς ταπείνωσιν τότε cf. p. 221.

[7]) Ὡς ἐν μεταβάσει (pro μετάρσει ex M_1VTp et Morelli margine) λοιμικῆς ἀρρωστίας.

[8]) Καὶ τοῖς ἀφεσίμοις δαψιλῶς ὑπογράφει cf. p. 265 n. 4.

[9]) Καὶ <τὰς> διαλύσεις τῶν κακῶν ἐγκλημάτων, sicuti MTp praebent, coniectura autem adsecuti sunt Morellus in editione principe et Hilbergius 'Wiener Studien' VIII p. 302. Morelli editio a. 1618 vulgata καὶ τὰς λύσεις δὲ τ. κ. ἐ. offert, videlicet ex N, ubi eodem modo versus concinnatus est; editio tertia in margine lectionem: καὶ τὰς διαλύσεις φοβερῶν ἐγκλημάτων proponit, ubi φοβερῶν pro τῶν κακῶν adgnoscit V, pro κακῶν p.

[10]) Εἰς <τὴν> παρὰ φύσιν τῶν παθῶν κτηνωδίαν, ubi Morelli supplementum ex B (= MTp_2) recte adscivit Hercher cf. Hex. 1042 ἐκ τῶν παρὰ φύσιν δημιουργεῖν τὴν φύσιν. Codicum Vp_1 memoriam εἰς τὴν ἄρητον τ. π. κ. Pisidae usus redarguere videtur, quippe qui in hac voce ρ geminare soleat cf. Hex. 109. 827. 1306. 1371. 1423. 1676, Suppl. LXXVIII 2. Adde ἀπόρρητος Hex. 552, Suppl. II 39 et θεόρρητος S 327 ἀλλ' ἔστιν ὄντως τοῦ θεορρήτου Λόγου, quae verba etiam Hex. 185 καὶ τῇ συνέξει τοῦ θεορρύτου Λόγου varietatem θεορρήτου in MVTpN oblatam (cf. θεωρητοῦ B) vindicant; alia enim est ratio S 84 καὶ τοὺς ἀγωγοὺς τῶν θεορρύτων λόγων cf. 84 ὁ τοὺς ἀγωγοὺς τῶν ἀειρρύτων φόνων.

[11]) Πρὸ τῶν βασιλέων εὐσεβὴς αὐτοκράτωρ cf. p. 26 n. 3.

[12]) Εἰς <τὴν> τριαδικήν, ὡς λέγεις, μοναρχίαν ex Hilbergii emendatione IX p. 219.

[13]) Fortasse huc pertinet praeterea fr. 5 ἄχρις δ' ἀναμένης ἐν βίῳ, σύνειμι σοι cf. p. 245 n. 4.

[14]) Τίς γὰρ στρατηγός; ὁ βασιλεὺς πρὸ τῶν ὅλων cf. p. 210.

[15]) Καὶ πᾶν μὲν εἶδος, ὄνομα καὶ ῥῆμα ξέων cf. p. 18.

IV)[1]) P I 114[2]), II 170. 340, III 64. 351. 456[3]), H I 132. 206[4]), II 29, Hex. 1692[5]), S 65. 218, Suppl. X 1[6]).

Dactylos poeta offert in pede primo et tertio cf.

I) P II 315. 366, III 45, Hex. 55. 189.[7]) 293. 739. 1851.[8]) 1909, S 297. 661[9]), Suppl. I 103[10]), III 40, LXVII 2, LXXIX 3[11]);

III) P I 17. 159, II 284.[12]) 307, III 94. 378. 379, Av. 427, H I 100, II 136. 141, Hex. 221. 452. 888. 1237. 1411. 1680. 1682, S 184. 626[13]), Suppl. IV 108[14]).

Anapaesti occurrunt in pede primo, secundo, tertio, quarto, quinto cf.

I) P II 58, III 248, H I 88[15]), Hex. 1674. 1682. 1686, Van. 257, S 270. 347. 567. 651;

---

[1]) Hex. 1698 δηλοῦντες αὐτοῦ τὴν ἀπερίληπτον φύσιν interpolatori tribui p. 269 sq.; Suppl. III 5 ἱππεῖς ἐνόπλους, θηρ<ι>ολέτας εὐστόχους ad anapaestorum seriem traxi p. 222 n. 8.

[2]) Ἔφασκον, ὡς χρὴ τοῦ βασιλέως τὸ κράτος cf. p. 210.

[3]) Φύλαττε, Χριστέ, τοῦ βασιλέως τοὺς κλάδους cf. ibid.

[4]) Ἕως καθεῖλες τὸν παραβάτην Χοσρόην cf. p. 109.

[5]) Οὐδὲν δὲ τούτων, ἀλλ' ἐν ἀβάτοις <τοὺς> ὅρους, quemadmodum ex T versum enotavi; vulgo ἐν ἀβάτοις ὅροις legitur, ubi fulcrum τοῖς (ante ὅροις) adiecit Hilbergius VIII p. 302, coniectura ἀβάθροις vitiosam prosodiam sanare conatus est Morellus in editione secunda. Verum enim vero forma ὅρους (= Vp) propter 163 (τῆς σῆς ἐπήξω μυστικῆς ἐξουσίας) necessaria est cf. Av. 35 τούτους μεσάζον τοὺς ὅρους ἐπήξατο, — P II 314 ὃς τῶν τεθέντων καὶ πεπηγμένων ὅρων, 328 μηδ' αὖ σαλεύσας τοὺς πεπηγμένους ὅρους, Av. 38 τῶν μὲν θελόντων τοὺς πεπηγμένους ὅρους, Hex. 351 μηδ' αὖ παρελθεῖν τοὺς πεπηγμένους ὅρους, S 11 ἀλλ' ἐμμένοντας τοῖς πεπηγμένοις ὅροις.

[6]) Ὀφθαλμὸς ὤφθη Γρηγόριε <τῶν> δογμάτων cf. p. 18. Adde Stud. p. 246 de ξένον γὰρ οὐδέν, εἰ <προ>πολεμεῖ Παρθένος Av. 457.

